

nem, Episcopis, ut ordinariis ministris, absolvendis potestatem viderur relinquere : at vero suspendere effectum censuræ, quæ manet, est species dispensationis, ut scilicet contra Juris prohibitionem exerceantur actus ipsi censuræ prohibiti, nullibi autem expressum reperitur, quod Episcopi interdictum, vel aliam censuram, dum manet, ejusve effectus possint suspendere, imo in excommunicatione contrarium decidit text. in cap. cum deficeres, de sent. excommun. & licet in ea contrarium voluerit Navar. merito tamen in hoc reprehenditur à reliquis omnibus, & satis comprobatur Suar. tom. 5. disp. 5. sect. 4. à n. 6. Neque satis facit idem Suar. dum disp. 38. sect. 3. n. 9. ait speciale esse in excommunicatione, juxta d. cap. cum desideress; nullam enim specialitatis rationem assignat, neque assignari potest : & verba illius text. satis ostendunt ex natura cuiuscumque censuræ intrinseca id provenire, cum constet excommunicatum fuisse, & verum sit absolutum non esse, nec Episcopi, nec alij debent communicare eidem : quæ sanè ratio similiter interdicto potest applicari, & licet forsan admitti possit differentia inter excommunicationem, & interdictum, quoad modum absolutionis, quia in illa requiritur absolutio in forma Ecclesiae, in hoc non ita : semper tamen in toto rigore verum est dicere, quod si constat aliquem excommunicatum, vel interdictum esse, & absolutum non fuisse, non potest per Episcopum, vel alios inferiores Rom. Pont. ei concedi, ut faciat actus censuræ prohibitos.

6 Nec etiam urget fundamentum aliud, quo probare nitebantur, Episcopum posse interdictum à se ipso prolatum suspendere ad tempus ; quia penderit, sicut reliquæ censuræ, ab intentione proferentis : respondetur enim, quod licet tempore quo proferuntur, pendeant in ipso actu prolationis, ut sunt in fieri, ex intentione ejus, qui profert, & eatenus diligent quatenus intendit, tam quoad personas in quas proferuntur, quam quoad actus prohibitos, quia non negamus posse ferri interdictum quoad certos actus, veluti Ecclesiae ingressum, ut bene notant Covarr. in cap. alma, part. 2. §. 1. num. 3. vers. hinc apparet, & Ugolin. de censur. tabul. 5. cap. 16. in princ. postquam tamen prolatæ sunt, suam secum trahunt executionem, omnesque suos effectus non hominis, sed ipsius legis ministerio statim operantur ; & ideo jam dici non potest, quod in actuali executione pendent ex voluntate proferentis, neque effectus ipse consistens in prohibitione Divinorum, vel actuum prohibitorum, separabilis est ab ipsa sententia, ut dum manet censuræ substantia, ab ea effectus separentur. Neque quoad hoc quod est trahere secum executionem, aliqua considerari potest differentia ratio inter excommunicationem, & interdictum : imo in hoc expresse utrumque æquiparat text. in d. cap. ad hec, juncto d. §. verum.

7 Denique ad text. quo præcipue moventur in d. cap. dilectus, vers. quia vero, respondet Avila ( licet inadverterenter alleget d. cap. ad hec ) quod procedit ex consuetudine, quæ tribuit hanc facultatem Episcopis ex tacito consensu Papæ : sed minimè textus consuetudine nititur, nec eam approbat. Quare melius respondet Dec. d. cap. ad hec, n. 8. videlicet text. illum non continere quoad hoc Pontificis decisionem, sed partis allegationem ; quod enim decidit, est de nullitate interdicti prolati post appellationem, quod factum negabat Decanus, contendens ante appellationem illud promulgasse, sed postea ad tempus suspendisse : quam allegationem rejicit Pontifex, minimèque decidit interdictum suspensi potuisse : quamvis Abb. contrarium sententiam magis approbans secundum rigorem concludat hunc textum adeo urgere, ut non audeat eam defendere. Vide Aloys. Ricc. in decis. Curia Archiep.

Neapol. p. 4. decis. 113. ubi post primam hujus tractatus editionem ex hoc loco, me non citato, plura transcripsit.

In ipsa vero prolatione interdicti potest Episcopus ipsius effectus dividere, & limitare, ita ut intendat prohibere solam sepulturam, v. g. vel ingressum Ecclesiae, vel usum communionis dumtaxat, vel divinorum Officiorum præcisè, non autem aliarum rerum sacrarum : sicut etiam potest dividere effectus suspensionis, ita ut de facto suspendat ab hac solùm re, & non ab alia : attamen in excommunicatione non potest Episcopus limitare, seu dividere ejus effectus, sed hoc ad solum Papam spectat, qui solus potest dividere, & dispensare in excommunicationis effectibus : ita Henr. lib. 13. cap. 2. §.... Et ratio est, quia omnes excommunicationis effectus sunt Jure communi invicem annexi, super quos solus Papa, non Episcopi dispensant : aliarum autem censurarum effectus sunt eodem jure communi divisibles, ac proinde quomodo mens ferentis illas expressa sit, attendi debet ; quod si absolutè feratur, interdictum absque ulla effectuum limitatione omnes effectus in jure contentos comprehendere intelligendum est, & tunc non posse ab inferioribus Romano Pont. etiamsi illud protulerint, ad tempus suspendi, optimo jure supra resolvimus. ¶ Interdictum à Papa promulgatum non licet Episcopo per se, vel per alium violare, nisi in casibus à jure permisiss, alias suspenditur ab officio ac beneficio, & omni iurisdictione privatur, ut habetur in cap. ult. de excessibus Prelat. quando scilicet in ipsa sententi, tam à Jure, quam ab homine lata expressa sit de Episcopo mentio, per text. in cap. quia periculosem, de sent. excommun. lib. 6. docent bi Archid. Comin. & alij, Navar. in man. cap. 27. n. 165. §. 3. quod etiam procedere in censura suspensionis, non autem in excommunicatione generaliter lata, resolvunt per me citati allegat. 111. num. 1.

Generale autem interdictum, sive interdicatur civitas, provincia, regnum, sive universitas ab ipsomet Episcopo, sive ab alio, qui imposuit, nisi sit Papa, servandum est, docent Sylvest. in sum. verb. Interdictum 6. §. 1. Henr. lib. 13. de excom. cap. 30. §. 1. observantes Episcopum violantem suum interdictum incurrire pœnas Juris, & irregularitatem.

Ex privilegio tamen Juris eximitur Episcopus à generali interdicto loci, cum deceat illum quotidie audire, aut dicere Missam, unde servato moderamine d. cap. alma, licet potest celebrare, vel celebrari sibi facere, & audire divina, quamvis sit interdicta civitas, vel terra, Regnum, &c. ut est text. in cap. fin. de privileg. lib. 6. & docet Covarr. in cap. alma mater, part. 2. §. 4. cum Joan. Andr. in cap. dilectis, de appellat. nisi tamen causam dederit interdicto ; tunc enim cum & ipse Episcopus personaliter sit interdictus, hoc privilegio gaudere non posse resolvunt Navar. d. cap. 27. num. 178. & 180. & Henr. dict. lib. 13. cap. 43. per cap. licet, de privileg. in 6. nam omnia privilegia à Jure, vel ab homine concessa ut tempore interdicti intersint, illis tantum prosunt, qui interdicto causam non dederunt, seu alias in eo culpabiles non sunt : de privilegiis Juris probat text. in c. quod nullus 25. vers. verum, de privileg. lib. 6. & in utrisque est receptissima omnium scribentium traditio, ut constat ex Navar. d. num. 180. & Henr. d. lib. 13. cap. 48. §. 5. lit. A, & post alios Sayr. de censur. lib. 5. cap. 5. num. 25. & 31. Ratio est, quia illi, propter quos interdictum personale etiam generale, vel etiam locale profertur, aut qui ei causam dederunt, licet alias culpabiles existant, personaliter interdicti censentur, ut argum. text. in cap. si sententia, vers. caterum, de sentent. excom. lib. 6. notant Doctores communiter ex Navar. & aliis, quos adducit Sayr. d. lib. 5. cap. 4. num. 10. vers. secundum. constat

constat autem concessionem etiam Jure communi factam aliquibus personis, ut tempore interdicti possint celebrare, vel interesse divinis, personaliter interdictis non prodesse, ut post Covar. & alios etiam in terminis d. cap. alma, §. adjecimus, explicat Suar. tom. 5. de censur. disp. 34. sect. 3. n. 2. Hinc evenit concessionem factam in d. cap. alma mater, ut tempore interdicti Pœnitentiae Sacramentum infirmis, atque etiam benè valentibus possit administrari, non prodesse personaliter interdictis, vel illis, qui aliquo modo culpabiles existunt, nisi satisfaciant, vel cautionem idoneam præstiterint, ut probant idem cap. alma, vers. illis etiam, & notant Navar. num. 178. Ugolin de censur. tab. 5. cap. 7. Sayr. cap. 6. à num. 10. Suar. disp. 33. sect. 1. n. 9. & 17. dictis locis. Sic etiam cap. quod in te, de Panitent. dum clericis interdicti tempore Ecclesiasticam concedit sepulturam, eam eisdem denegare, si interdictum non servaverunt, multoque magis si ei causam dederunt, prosequitur ex aliis Ugolin. cap. 9. in princip. & cap. 15. §. 4. Suar. disp. 35. sect. 3. num. 1. Et generaliter clericis quibus conceditur, ut cum modificationibus d. 9. adjecimus, celebrare, & aliis Divinis interesse, non ita id licitum esse si causam interdicto dederunt, comprobat Sayr. d. cap. 5. num. 4. Hinc denique licet in §. in festivitatibus, ob singularem eorum festorum honorem concedatur personis illis, propter quarum culpam interdictum prohibetur, ne Altari appropinquent, in quibus verbis explicandis Doctores non satis convenient; alij enim interpretantur excludi culpabiles à sumptione Eucharistie; alij verò ab offeritorio, ut per Heniq. d. lib. 3. cap. 47. §. 2. Sed facilius est cum Ugolin. cap. 8. §. 12. à num. 4. intelligere verba simpliciter ut sonant, quod non appropinquent Altari, sed à longè stantes ad valvas Ecclesie, ut sic rubore suffusi facilius à contumacia resipiscant, & ad pœnitentiam inducantur, ut in simili probat text. in cap. 1. §. 10. dist.

Hujusmodi personæ, quibus à Jure, vel ab homine conceditur ut tempore interdicti possint interesse Divinis, ut sunt Episcopi, Clerici, atque etiam Laici, omnes illis diebus, quibus interdictum suspenditur, tenentur Missam audire sub præcepto peccati mortalis: probatur, quia cum Divinis licet interesse possint, ac subinde cesseret impedimentum, quo à præcepto deobligantur, sit locus generali præcepto Juris, de quo in cap. Missas, de consecrat. dist. 1. cum similibus, quæ explicat Suar. tom. de Relig. tract. de diebus festis, lib. 2. cap. 15. & in nostro proposito expresè resolvunt Navar. in manual. cap. 21. n. 3. in fine, & post Sot. Medin. & alios, Heniq. lib. 7. cap. 13. §. 3. juncta lit. I, & lib. 13. cap. 48. §. 5. juncta lit. D, & de habentibus Bullam Cruciatæ, Fr. Emman. in ejus explicat. §. 5. n. 6. & Sebast. Acosta ad eandem q. 28. per totam: confirmantes, quia nemo dubitat detentum in carceribus, si habeat facultatem à judice exequendi, mortaliter peccare, si non audiat Sacrum: ergo similiter illi quibus facultas Divinis interessendi tempore interdicti conceditur, mortaliter peccabunt, si Missam non audiant, neque probabile aliquod fundamentum adducunt Victor. Cano, Mantius, & alij Salmantenses, quos isti referunt, & constanter sequitur Avila de censur. p. 5. disp. 4. sect. 2. dub. 6. contendentes nullam culpam committere habentes privilegium interessendi Divinis tempore interdicti, si Sacrum omittant diebus festis. Quorum fundamentum est, quod nemo cogitur uti privilegio sibi concessio, leg. pen. C. de pactis, cap. si de terra, de privileg. cum similibus; nam facile respondetur, hanc obligacionem non provenire ex privilegio, sed ex illo removeti impedimentum, quo excusat, eoque remoto succedere obligationem legis præceptum hujusmodi

Barbosa de Episc. Pars II.

impontis omnibus non impeditis: & confirmatur, quia ut fatetur Avila, reliqui omnes utriusque opinionis Auctores, tenentur Clerici tempore interdicti audire Missam, quia secundum Jus commune non sunt prohibiti, sed potius servata moderatione d. cap. alma, eis conceditur celebrare, atque aliorum Divinorum usus, ex qua ratione necessariò etiam concedere debuerunt hoc idem in reliquis omnibus privilegiatis, & quia supposito privilegio, prohibiti non sunt interesse Divinis.

Licet Episcopo Confirmationis Sacramentum conferre tempore interdicti, tam parvulis, juxta cap. responso 43. vers. præterea, de sent. excom. quād adultis, juxta cap. quoniam, eodem tit. lib. 6. Et tam in Ecclesia speciatim interdicta, quād etiam in interdicti tempore generalis loci, atque etiam solemniter, ut est receptissima omnium scribentium traditio, passim illorum Jutium auctoritate adæquantium duo illa Sacramenta, Baptismum scilicet, & Confirmationem. Navar. dict. cap. 27. n. 178. Covar. d. p. 2. §. 2. n. 7. vers. idem de Confirmationis Sacramento, Ugolin. tab. 1. cap. 7. §. 5. Heniq. d. lib. 13. cap. 45. §. 1. juncta lit. I, & seq. Sayr. d. lib. 5. c. 7. n. 6. Tolent. in sum. lib. 1. c. 5. Avila d. disp. 4. sect. 11. dub. 4. concl. 3. Suar. d. disp. 33. sect. 1. à num. 7. observantes non licere Episcopo conferre Sacramentum Confirmationis iis, qui interdicto generali personali affecta sunt, si causam interdicto dederunt.

Præterea licere Episcopo tempore interdicti cum moderamine d. cap. alma, confidere Chrisma, quod est necessarium pro Confirmatione, & ad ritum Baptismi in feria quinta majoris hebdomadæ, resolvunt citati per me alleg. 31. num. 24. licet ibi num. 23. eorum sententiam non approbem.

Non licere tamen Episcopo in loco interdicto, & personis interdictis Ordinis Sacramentum conferre, resolvunt citati per me alleg. 11. num. 21. ubi num. 24. id limitandum esse censeo, data scilicet ministrorum necessitate.

Unde etiam tempore interdicti non licebit Episcopo primam Tonsuram dare, neque aquam solemniter benedicere, neque solemnem benedictionem populo impartiri, neque palmas, vel cineres solemniter benedicere, similesque actus sacros publicos exercere; cum iij omnes ad rationem divinorum Officiorum, quæ tempore interdicti prohibita sunt, reducantur: ita Sylvest. Navar. & alij, quos refert, & sequitur Suar. disp. 34. sect. 3.

Episcopo non licet ponere interdictum generale personale pro culpa unius privati hominis, nisi ex speciali commissione Papæ, qui raro, & cum difficultate id aliis committit, arg. text. in Extravag. provide, de sent. excom. & ex iis, quæ Covar. in cap. alma Mater, p. 2. §. 1. n. 5. Suar. de censur. tom. 5. disp. 36. sect. 3. num. 8. cum seqq.

Episcopus non potest ponere sine licentia Papæ interdictum generale solum ob non solutionem debitæ pecuniarij privati, dict. Extravag. provide, Navar. d. cap. 7. n. 168. Armil. verb. Interdictum, §. 5. n. 27. Posset tamen ferre interdictum particulare alicui Ecclesiæ, ut dicit Cald. in tract. de Ecclesia interdicto, memb. 1. cap. 4.

Episcopis, vel Prælatis interdicti tempore licet exercere jurisdictionem circa spiritualia; vis enim interdicti extenditur tantum ad exercitium Ordinis, Sylvest. verb. Interdictum 5. §. 3. num. 4. in fine.

Item licet Episcopo eo tempore benedictionem privatam in itinere, etiam publicè dare, Navar. d. cap. 27. num. 176. cum illa non sit actus Ordinis, sed jurisdictionis.

## ALLEGATIO XXXIX.

Episcopus in quibus irregularitatibus,  
& suspensionibus hodie dispense-  
re possit?

## SUMMARIUM.

- 1 Episcopis in quibus irregularitatibus, & suspen-  
sionibus de jure Concilij Tridentini concedatur  
dispensandi facultas.
- 2 Episcopus electus, & confirmatus, quamvis non  
consecratus, potest in casibus sibi permissis di-  
spensare.
- 3 Episcopi illarum Regionum, in quibus adhuc Con-  
cil. Trid. publicatum non fuit, concessa ab eo  
Concil. dispensandi facultate non gaudent.
- 4 Subditi, quos potest Episcopus virtute Concilij  
absolvere ab occultis delictis, sufficit quod illi  
subdantur quoad solum conscientia forum.
- 5 Vagabundi, Scholastici, & Mercatores, quoad Sa-  
cramenta Confessionis, & Eucharistia subditi  
sunt Episcopo loci, in quo reperiuntur.
- 6 Episcopus ad hoc ut absolvat aliquem ab irregula-  
ritatibus, & suspensionibus in casibus sibi per-  
missis, dicitur habere in eum jurisdictionem Or-  
dinariam.
- 7 Dispensandi potestas Episcopo concessa in termi-  
nis, de quibus agitur, potest extra dicte finis  
exerceri, & circa absentem.
- 8 Verba, in foro conscientia, sunt intelligenda, id est  
in foro Sacramenti Pœnitentia, & in Confessio-  
ne Sacramentali.
- 9 Episcopus si sciat aliquem ordinandum esse irregu-  
larem, vel suspensem, & tandem eum admittat  
ad Ordines, censetur cum eo dispensare, si sibi  
permittatur.
- 10 Dispensandi, & absolvendi potestatem in delictis  
occultis Episcopo concessam sine ejus speciali  
mandato Vicarius generalis exercere non potest.
- 11 Episcopus an possit committere aliis hanc dispen-  
sandi, & absolvendi potestatem? referuntur  
quatuor diversa opinione, & n. 12. 13. 14.
- 12 Episcopus potestatem, quam habet dispensandi  
cum sibi subditis, potest alteri demandare, ut  
secum dispense.
- 13 Capitulum Sede vacante eandem habet potestatem  
dispensandi, & absolvendi, quam habet Episco-  
pus virtute Concilij, dict. cap. 6.
- 14 Abbates, & alij inferiores Pralati habentes ju-  
risdictionem Ordinariam & quasi Episcopalem,  
predicta dispensandi, & absolvendi facultate  
non gaudent.
- 15 Superiores, seu Conventuales Religionum ex-  
emptarum non gaudent facultate dispensandi con-  
cessa, in dict. cap. 6.
- 16 Archiepiscopus dum actu visitat, gaudet predicta  
dispensandi, & absolvendi potestate circa subdi-  
tos Suffraganeorum, & cum ipsis Suffraganeis.
- 17 Occultum secundum unam opinionem quoad presens  
institutum dicitur, quod probari non potest.
- 18 Occultum melius dicitur, quod non est publicum,  
etiam si ab aliquibus sciatur.
- 19 Notorium est plena rei notitia inducens indubitata  
notitiam, & probatione discussione non egentem.
- 20 Delictum notorium dicitur commissum, vel confes-  
sum in iudicio.
- 21 Notorium dicitur omne illud, quod ex actis judia-  
cij constat.
- 22 Episcopus potest dispensare quando delictum non

fuerit publicum, vel notorium, quamvis sit no-  
rum tribus, vel quatuor.

- 23 Episcopus dispensare poterit, etiam si actus sit ma-  
terialiter publicus, non vero formaliter in  
quantum delictum.
- 24 Irregularis, qui celebravit in excommunicatione, po-  
terit ab Episcopo dispensari, quando excommunica-  
tio est occulta, licet celebratio sit manifesta.
- 25 Delictum deductum ad forum contentiosum dicitur  
statim ac denunciatio, seu accusatio de illo co-  
ram legitimo superiore facta est.
- 26 Delictum deductum ad forum contentiosum verius  
dicitur post litis contestationem.
- 27 Litis contestatio negando, vel confitendo, etiam  
in criminalibus inducitur.
- 28 Judicium propriè post litem contestatam dicitur.
- 29 Episcopus poterit dispensare in delicto deducto ad  
forum contentiosum, si de eo fuerit habita sen-  
tentia absolvitoria.
- 30 Etiamsi medis depravatis obtinuerit absolu-  
tionem ab injecto criminis.
- 31 Vel judicium non fuerit sententia finitum, eo quod  
accusat per annum tacuerit.
- 32 Episcopus non potest dispensare in delicto deducto  
ad forum contentiosum, & punito jam judicio finito.
- 33 Irregularis occultus ob reiterationem Baptismi po-  
test ab Episcopo dispensari.
- 34 Irregularis occultus ob duos Sacros Ordines, vel  
Acolytatum cum Subdiaconatu eodem die suscep-  
tos, potest ab Episcopo dispensari.
- 35 Suspensus, eo quod nesciente Episcopo, neque ex-  
aminante Ordines suscepit, si occultus sit, potest  
ab Episcopo dispensari.
- 36 Suspensus ob receptionem Ordinum sine literis dimis-  
soriis, si sit occultus, potest ab Episcopo dispensari.
- 37 Episcopus potest dispensare cum eo, qui per saltum  
promotus ad Ordines, celebravit ubi delictum  
fuerit occultum.
- 38 Irregularis ob administrationem in Ordinibus ma-  
le suscepis, si sit occultus, potest ab Episcopo  
dispensari.
- 39 Irregularis ob exercitationem Ordinum quos non  
habebat, potest dispensari ab Episcopo, ut exer-  
ceat susceptos, ac alios suscipiat, modo deli-  
ctum sit occultum.
- 40 Simoniacus occultus potest dispensari ab Episcopo,  
non autem rehabilitari ad beneficia in posterum  
obtinenda, nec ad ea retinenda, qua per simon-  
iam occultam obtinuit.
- 41 Episcopus non potest absolvere à censuris incursis  
propter ingressum ad monasteria Monialium,  
etiam si delictum sit occultum.
- 42 Homicidium voluntarium, quod attinet ad pre-  
sens institutum, illud dicitur, quod est illici-  
tum intentum, & volutum in se.
- 43 Episcopus potest dispensare in irregularitate pro-  
veniente ex homicidio licto, vel facto auatori-  
tate legitima, & justa de causa.
- 44 Episcopus dispensare valet in irregularitate ex ho-  
mocidio casuali proveniente, modo delictum sit  
occultum.
- 45 Dispensare potest Episcopus in mutilatione mem-  
bri, etiam voluntaria, si est occultum.
- 46 Dispensare potest Episcopus cum illo, qui aliquem  
hominem occidit, non intendens occidere.
- 47 Dispensare potest Episcopus cum eo, qui manda-  
vit servo, ut alterum percuteret, sed caveret ne  
occideret.

- 52 Homicidium mandans in persona unius, si committatur in personam alterius, non incurrit irregularitatem.  
 53 Dispensare potest Episcopus in homicidio occulto facto causâ defensionis, non servato moderamine inculpatæ tutelæ.  
 54 Conciliaris constitutio habens committendam Ordinario loci facultatem dispensandi in irregularitate contracta ob homicidium commissum vim vi repellendo, quomodo intelligenda?  
 55 Irregularis efficitur quis homicidium committens transgrediendo moderamen inculpatæ tutelæ.  
 56 Invasorem occidens, etiam ex odio, & cum intentione sumende vindictæ, quando non potest aliter se defendere, non fit irregularis.  
 57 Moderamen inculpatæ tutelæ versatur circa modum, tempus, & causam.  
 58 Moderamen inculpatæ tutelæ excedere quando quis dicitur?  
 59 Dispensare hodie non potest Episcopus in irregularitatibus provenientibus ex homicidio voluntario occulto, aut manifesto, neque ad Ordines minores, nec ad simplex beneficium obtainendum.  
 60 Homicida est irregularis, neque ad Ordines promoveri potest, nec in suscep[t]is ministrare.  
 61 Episcopus jam non potest dispensare cum homicida voluntario ad retainendum Curatum.  
 62 Episcopus in foro exteriori etiam post Concilium poterit dispensare pro minoribus Ordinibus, & simplicibus beneficiis in homicidio justo, vel casuali, exequuto sine diligentia.  
 63 Papa dispensare potest in qualibet irregularitate proveniente ex homicidio justo, vel injusto, voluntario, vel casuali.

**H**ODIE virtute S. Concil. Trident. sess. 24. de reform. cap. 6. licet Episcopis in irregularitatibus omnibus, & suspensionibus ex delicto occulto provenientibus, excepta ea, quæ oritur ex homicidio voluntario, & exceptis aliis deductis ad forum contentiosum, dispensare; & in quibuscumque casibus occultis, etiam Sedi Apostolice reservatis, delinquentes quoquaque sibi subditos, in diœcesi sua per seipso, aut Vicarios ad id specialiter deputatos in foro conscientiae gratis absolvere, imposita pœnitentia salutari; de cuius materia tractant Ugolin. de irregul. cap. 33. §. 1. cum seqq. Henr. in sum. lib. 7. cap. 13. §. 2. lit. V, & lib. 14. cap. 18. cum seqq. Soar. tom. 6. de censur. disp. 7. Sayr. eodem tract. lib. 7. cap. 7. Mar. Alter. eodem tract. tom. 2. disp. 8. de suspens. c. 3. Bonac. eodem tract. disp. 7. q. 5. Navar. cons. 15. sub tit. de sentent. excom. in antiqu. & consil. 11. sub tit. de privileg. in novis, Sanchez de Matrim. lib. 1. disp. 37. n. 11. cum sequent. & disp. 40. num. 17. & lib. 3. disp. 23. num. 12. & lib. 8. disp. 2. à n. 10. & latius in præcepta Decalogi, lib. 2. c. 11. Jacob. de Gaffis tom. 2. consil. titul. de homicid. consil. 2. n. 14: cum seqq. Valer. Reginald. in praxi fori pœnit. lib. 5. à n. 1. & lib. 30. tract. 2. tit. 3. à n. 91. Coninch. de Sacram. & censur. tom. 2. disp. 18. dub. 14. Didac. de Arrojo de Sacram. titul. de irregular. num. 10. Anton. Fernandez in examine Theolog. moral. part. 5. cap. 9. §. 16. num. 7. & 8. & part. 4. cap. 7. §. 1. Nicol. Garcia de benef. part. 7. cap. 11. à num. 2. & part. 11. c. 10. num. 11. 2. cum seqq. Armendariz in add. ad recopil. legum Navar. lib. 1. tit. 18. l. 7. de irreg. in declar. num. 6. cum seqq. Joan. Valer. de differ. inter utrumque forum, verb. irregularitas, diff. 7. Aloy. Ricc. in decision. Curie Archiep. Neapol. decis. 117. p. 4. ubi, me non citato, multa ex hoc loco ducunt, novissimè Fagund. in quinque Ecclesia præcepta, p. 2. lib. 8. c. 8. num. 23. cum seqq. novissimum

Joan. Machado in tract. del perfetto confessio[n]e, y curia de almas, lib. 1. p. 3. tr. 16. docum. 19. Maur. de Alzedo in praxi Episc. p. 2. cap. 6. Portel. in dub. Regular. verb. dispensare, n. 8. cum seqq. Villalob. in sum. p. 1. tr. 22. diff. 9. Hieron. Roder. in comped. quest. Regul. resol. 52. num. 13. cum seqq. novissimè Philibert. Marchin. de Sacram. Ordinis, tract. 1. p. 9. per tot. latissimè Joan. Angel. Boll. in tract. de trip. Jubil. privileg. secl. 1. casu 10. §. 1. cum seqq. Trullench. in expos. Bulla Cruci. lib. 1. §. 7. c. 1. dub. 6. & cæteri omnes in discursu citandi.

Verum pro facilitiori præsentis questionis explicacione, quæ quotidiana, & in praxi utilissima est, sub triplici distinctionis membro præsens hujus allegationis materia dividitur. In primo tractabitur, Episcoporum, & subditorum nomine qui contineantur. In secundo quod dicatur occultum, & qui sint casus occulti, in quibus Episcopus dispensare valet. In tertio, irregularitates quæ dicantur ex homicidio voluntario provenientes, in quibus Episcopo dispensandi facultas non conceditur.

*Episcoporum, & subditorum nomine qui contineantur in hac materia?*

Episcopi, quibus à Concilio Tridentino d. cap. 5. conceditur dispensandi facultas in casibus sibi permisis, sunt quicunque subditos habentes, etiam electi, & confirmati, quamvis non consecrati, quia illis competit ea quæ sunt jurisdictionis, qualis est hæc dispensandi facultas, nec indigent consecratione, ut probavi alleg. 36. num. 6. quare ita tenent citati à Cened. ad Sextum collect. 4. num. 3. quibus adde Suarez tom. 5. disp. 42. secl. 2. num. 7. me citato in hoc loco, Alzedo d. part. 2. c. 6. num. 39. Sanchez de Matrim. lib. 8. disp. 2. num. 11. Guttier. eod. tract. cap. 49. à num. 16. Mar. Alter. d. tom. 2. disp. 5. de suspens. c. 3. vers. tertio notandum, Aloy. Ricc. in praxi aurea, & quotidiana, resol. 136. Filliuc. tom. 1. tract. 20. c. 10. n. 270. Floron. de casib. reserv. p. 1. c. 4. §. 7. num. 9. Hieron. Pharaon. d. tract. 1. sess. 18. casu 30. & 31. Bossius d. casu 10. n. 201. novissimum Trullench. in expos. Decal. lib. 1. cap. 3. dub. 4. num. 2.

Sed Episcopi illarum regionum, in quibus Concilium Trident. adhuc receptum non est, non possunt uti ista facultate concessa d. cap. 6. quia ubi non est acceptatum quoad leges onerolas, neque videtur acceptatum quoad favorabiles. Ita tenent, & decimus referunt Armendariz d. loco, num. 11. Nicol. Garcia d. p. 7. c. 11. num. 23. Aloy. Ricc. in praxi fori Ecclesiast. decis. 532. in 1. edit. & resol. 445. n. 3. in 2. edit. Sanchez in præcepta Decalogi, lib. 2. c. 11. n. 2. Mar. Alter. d. cap. 2. concl. 4. vers. primo animadvertisendum est, Bonacina d. disp. 7. q. 5. puncto 1. num. 1. Ugolin. de offic. Episc. c. 57. §. 2. ad fin. Filliuc. d. tr. 10. c. 10. num. 269. Gavant. d. verb. Absolutio, n. 6. Bossius d. casu 10. num. 202. me citato in hoc loco; Alzedo d. p. 2. cap. 6. num. 29. Trullench. citato loco, Stephan. Dalvin. de pœst. Episcopor. cap. 26. n. 19. in princ.

Non convenit hæc potestas Episcopo in ordine ad omnes indifferenter, sed conceditur proprio Episcopo habenti jurisdictionem in suos subditos, ut Concilium declarat: sub quorum nomine compt. henduntur in præsenti materia omnes illi, qui sibi quomodo cunque subduntur, vel qui sunt ordinarij subditi, ut potè qui ibi domicilium habent, vel quia subduntur quoad solum pœnitentiae forum, eo quod in sua diœcesi inveniuntur tanquam advenæ, & peregrini, etiamsi sint vagabundi, scholastici, ac mercatores: nam quoad Sacra[m]enta & Confessionis, & Eucharistie sunt subditi Episcopi loci, in quo reperiuntur, ex consuetudine generali Ecclesie, vel ex interpretativa voluntate Summorum Pontificum. Ita Suarz de Pœnit.

Poenit. tom. 4. disp. 30. sect. 2. num. 3. Sanchez de Matrimon. lib. 3. disp. 23. n. 12. & in præcepta Decalogi lib. 2. cap. 11. n. 8. 9. & 17. Nicol. Garcia d. p. 11. c. 10. num. 139. Zerola in præcepta Episc. p. 1. verb. Vicarius, §. 18. dub. 4. Bonacina de censuris, disp. 1. q. 3. puncto 2. n. 5. Henr. in sum. lib. 14. c. 10. §. 5. me citato in hoc loco, Homobon. de examine Ecclesiastico, tr. 12. c. 4. quæst. 16. resol. 4. pag. 460. Nald. in sum. verb. Absolutio a peccatis, num. 9. Novar. d. concl. 2. num. 2. Duard. in Bullam Cœne, lib. 3. §. 2. q. 11. num. 19. Marchin. d. tract. 1. p. 9. diffic. 5. à num. 1. Floron. de casib. reserv. part. 1. c. 4. §. 7. n. 10. me citato in hoc loco, Bossius d. casu 10. §. 6. n. 115. Trullench. d. lib. 1. c. 3. dub. 4. n. 6. In absolutione enim casuum reservatorum, & censurarum impedientium receptionem Sacramenti, videtur requiri ea saltem subjectio, quæ sufficit, ut Episcopus Sacramentalem absolutionem impendat, Bonacina d. disp. 7. quæst. 5. puncto 1. num. 4. & idem ille, qui non est subditus Episcopi, putà Medicus, Prætor, & similes exteri, qui tamen habitant in civitate, sub decreto d. cap. 6. comprehenduntur, ut in Sacramento Pœnitentiæ à suis criminibus absolvii valeant, et si illa aliis in civitatibus commiserint: ita decisum referunt Nicol. Garcia d. cap. 10. num. 139. in 3. declarat. Amendar. d. loco, n. 18. Stephan. Dalvin. d. cap. 26. in fine.

6 Verum licet prædicta vera sint in absolutione casuum reservatorum, & censurarum in Sacramentali Confessione pro foro conscientiæ: in obtinenda tamen dispensatione irregularitatis, ac suspensionis requiritur, ut Episcopus habeat jurisdictionem ordinariam in eum, cui concedit relaxationem irregularitatis, juxta ea, quæ resolvo alleg. 36. n. 17. & decisum referunt in propriis terminis Nicol. Garcia, & Amendar. locis proximè citatis, me citato in hoc loco. Alzedo p. 2. cap. 6. num. 45. quamvis contrarium teneat Henrquez d. §. 5.

7 Qæ quidem dispensandi potestas etiam extra dicessum potest ab Episcopo erga subditos suos exerceri: nam verba Concilij in d. cap. 6. ibi, in diœcesi sua, referuntur ad posteriorem illius capituli partem, in qua conceditur Episcopis facultas absolvendi à reservatis, ex ea ratione, quia Episcopus dum in sua diœcesi existit, potest cum suo subdito in aliena diœcesi existente extrajudicialiter dispensare, cum jurisdictione dispensandi exerceri possit circa absentem. Ita docent Suarez de censur. tom. 5. disp. 41. sect. 2. num. 10. & 12. in fine, Sanchez in præcepta Decalogi, lib. 2. c. 11. n. 12. Bonac. d. disp. 7. q. 5. punct. 1. n. 4. Fagundez in quinque Eccl. præcept. p. 2. lib. 8. cap. 8. n. 35. Præpos. in 3. part. D. Thom. p. 1. de censur. in communi, dub. 14. num. 99. Diana resol. moral. p. 4. tit. 4. resol. 96. me citato in hoc loco, Marchin. d. p. 9. diffic. 5. n. 12. Bossius d. casu 10. n. 166. Fr. Emman. in sum. tom. 3. cap. 5. n. 3. Alzedo. d. p. 2. cap. 6. n. 28. Quicquid dicant Fr. Emman. in sum. tom. 2. c. 69. n. 2. in fine, Henr. d. §. 5. in princ. Ugolin. de offic. Episc. cap. 57. §. 2. n. 6. Alzedo in præcepta, p. 2. cap. 6. n. 41. Avila de censur. p. 7. disp. 10. dub. 6. Cum ergo Episcopus in irregularitatibus omnibus, & suspensionibus ex delicto occulto provenientibus, excepta ea, quæ oritur ex homicidio voluntario, valeat dispensare cum sibi subditis, hac potestate uti poterit intra, vel extra diœcесim, juxta principia dispensationum: at vero in absolutione à quibuscumque casibus occultis, etiam Sedi Apostolicæ reservatis, de quibus agit secunda pars d. cap. 6. cum debeat esse Sacramentalis, ut ibi ostenditur in illis verbis, in foro conscientiae gratis absolvere, imposita pœnitentia salvatur; & non possit fieri per nuntium, vel per litteras, requiritur quod fiat ab Episcopo praesente pœnitente intra diœcесim commorantibus.

8 Et quod verba illa, in foro conscientiae, sint intelli-

genda, id est, in foro Sacramenti Pœnitentiæ, & in Confessione Sacramentali, refert plures Sacram Cardinalium Congregationem censuisse, Nicol. Garcia de benef. part. 11. cap. 10. n. 139. resolvit Aloys. Ricc. in præcepta Eccles. resol. 445. num. 8. & accepi à quodam docto viro, ita tenere præceptum S. Pœnitentiæ; quicquid prædicta verba significare, quod absolutio data vel facta, nihil proficit quoad ferum exterius, & per consequens posse Episcopum extra Confessionem absolvere in casibus particularibus occurribus, dicant Navar. d. consil. 12. n. 2. Henrquez lib. 7. cap. 13. §. 2. vers. Episcopus, Fr. Emman. quæst. regul. tom. 1. quæst. 20. art. 7. & q. 61. art. 10. Suarez de relig. tom. 1. tract. 6. lib. 6. cap. 16. n. 4. Sanchez lib. 8. disp. 34. n. 29. Graff. lib. 1. cap. 13. n. 32. Claudius Solerte de potest. Confessar. cap. 30. §. 1. Homobon. de examine Ecclesiastico. tract. 5. cap. 5. q. 31. Diana resol. moral. tom. 1. tract. 5. resol. 2. in fine, Marchin. diffic. 5. n. 13. Lazar. de monit. sect. 5. q. 15. n. 9. Duard. d. q. 11. n. 30. Floron. de casibus reserv. part. 1. cap. 4. §. 7. n. 17. Hieron. Pharaon. in suo prompt. tr. 1. sect. 18. casu 31. Bossius d. casu 10. n. 167. idem Suarez in tract. de Fide, disp. 41. sect. 4. num. 6. Castro Palao de pœnit. hereticor. tractat. disputat. 4. num. 11. novissimè Trullench. d. lib. 1. cap. 3. dub. 4. num. 9. ubi tamen propter præceptum Sacrae Pœnitentiæ nostram sententiam esse sequendam asserit.

Ex quibus infertur, Episcopum eo ipso, quod ali. quem irregulariter admittit ad Ordines, aut concedit litteras dimissorias, censi cum eo dispensare in irregularitate, aut concedere facultatem, ut dispensetur ab Episcopo ad quem mittitur pro recipiendis Ordinibus, modò sciat Ordinandum esse irregularem, & intentionem habeat dispensandi: tum quia Episcopus non presumit velle delinquere ordinando irregularem, aut concedendo facultatem, ut promoveatur, Maiol. de irregular. cap. 51. n. 8. Henrquez d. lib. 14. cap. 17. §. 4. lit. P. Suarez de censur. disp. 41. sect. 3. n. 4. Sayr. eod. tract. lib. 7. cap. 14. n. 10. Avila part. 7. disp. 5. sect. 5. dub. 6. Menoch. de arbitr. in addit. casu 564. in fin. Basil. Pont. de Matrimon. lib. 8. cap. 15. n. 7. 15. & 16. me citato in hoc loco, Marchin. d. tr. 1. p. 9. c. 4. n. 3. cum seqq. Quidquid dicant Navar. in man. c. 27. n. 74. vers. sed dubium, Sanchez de Matrim. lib. 7. disp. 3. n. 25. Tiber. Decian. respons. 31. n. 7. tom. 4. Dec. consil. 18. n. 24. tom. 1. & Oldrad. consil. 329. n. 4. ibi: Præterea video in Episcopo, quod si aliquid conferat alicui, vel promovet eum, qui de Jure communi promoveri non potest, nec illud sibi potest conferri, quod in casibus, & glori. in cap. Joannes, 51. dist. & quod ipso facto dispensetur, probatur in cap. veniens, de fil. Presbyt. & in cap. litteras, de restit. spoliat. & latius idem prosequitur n. 5. idemque latitudinem comprobatur per totum consilium sequens 330. præcipue n. 6. per text. in l. fin. C. qui admitt. ad bonor. poss. ubi pupillus non potest sine tutori bonorum possessionem petere, nec Prætor dando aliquid agit, sed si Prætor scivit illum pupillum, dispensare & supplere videtur defectum ætatis: & eandem sententiam tenent Natt. conf. 402. n. 29. Roman. conf. 216. n. 7. & conf. 307. Ex facto enim ejus, qui potest absolvere, inducitur absolutio realis, ut optimè Alex. conf. 164. num. 8. concl. 7.

Hanc dispensandi, & absolvendi potestatem Episcopo concessam sine ejus speciali concessione Vicarius generalis exercere non potest, quia id Concil. requirit, ibi, aut Vicarium ad id specialiter deputatum: cum quia in generali concessione hæc non veniunt, cap. penult. de Pœnit. in 6. Quare ita tenent Rebiff. in præcepta beneficiali, tit. de forma vicariatus, n. 179. cum sequentibus, Sbrozus de Vicario Episcopi, lib. 1. q. 19. num. 2. & q. 179. num. 1. & q. 180. num. 2. & q. 184. n. 1. Ugolin.

Ugolin. de potestate Episcop. cap. 4. §. 7. n. 2. vers. postremo. Suarez de censuris, disp. 41. sect. 2. n. 8. Narbona de appell. à Vicar. ad Episcop. p. 1. n. 229. faciunt quæ eleganter tradit Campan. in diversorio juris Canon. rub. 11. cap. 23. num. 148.

<sup>11</sup> An autem Episcopi possint committere hanc potestatem dispensandi, & absolvendi aliis: Quæstio est dubia, in qua pro affirmativa parte, quod scilicet possit committere, & delegare illis, faciunt multa, & validiora fundamenta: in primis nulla occurrit ratio sufficiens cur credere debeamus voluisse Concilium illam facultatem reservare Episcopo per seipsum tantum exercendam, præfertim cum non declareret hanc potestatem Episcopis convenire tanquam delegatis Sedis Apostolicæ, sicut aliquando facit, sed simpliciter eam Episcopis concedit: ergo videtur virtute hujus decreti hæc potestas annexa jure Ordinario jurisdictioni Episcopali, atque ita delegabilis est ab Episcopo. Deinde quia non eligitur industria personæ; si enim eligeretur, nec generaliter, nec specialiter posset Episcopus delegare: tum quia quoties aliquid conceditur Prælatis presentibus, & futuris in perpetuum, non potest dici electam esse industriam personæ, cù n personæ incognitæ delegetur; ut tradunt Jas. in l. more majorum, num. 65. ff. de jurisdictione omnium judicium, G. egor. Lopez l. 45. in fine, tit. 18. p. 3. Menoch. de arbitr. lib. 1. quæst. 64. num. 17. Quare hanc partem tenent Navar. d. conf. 1. de privilegiis, n. 4. Sanchez de Matrimon. lib. 2. disp. 40. n. 17. vers. Sed dicendum, & in precepta Decalogi, tom. 1. lib. 1. cap. 11. num. 23. Azor. instit. moral. p. 1. lib. 8. cap. 10. q. 11. Figundez in quinque Ecclesiæ precepta, p. 2. lib. 8. cap. 8. n. 26. Marchin. d. diff. 5. n. 14. Duard. in Bull. Cœne, lib. 3. §. 2. quæst. 11. n. 34. Paul. Layman. in Theol. moral. lib. 1. tract. 5. part. 2. num. 2. observantes Concilium d. cap. 6. intelligendum cesse, ut velit Vicarium Episcopi non habere ex generali commissione vicariatus hos casus, nisi sibi specialiter committantur: non autem, ut velit negare Episcopo potestatem specialiter delegandi.

Verum Henr. lib. 14. de irregul. cap. 19. in fine, & lib. 6. de pœnit. cap. 14. §. 7. juncto comment. lit. O, ait non posse Episcopum generaliter Vicario, vel alij delegare hos casus, ut habeant facultatem generalem absolvendi, vel dispensandi pro suo arbitrio, sed tantum posse delegate, quando casus occurrerit, & dare facultatem, ut de mandato, & nomine ipsius faciat: quod quidem ex eo comprobatur, quia Concilium dict. cap. 6. expressè concedit Episcopis posse dispensare per se, vel per Vicarium specialiter deputatum: tum quia dum hi casus Episcopo conceduntur, eligitur industria personæ.

<sup>13</sup> Alij verò putant Concilium dicto loco distingue re voluisse inter facultatem dispensandi super irregularitate, & suspensione, ac absolvendi à casibus reservatis, ut prima exerceri possit per quemcunque, cui generaliter ab Episcopo sit delegata jurisdictione: secunda verò conveniat tantum Vicario, qui specialiter deputatus sit per Episcopum cum facultate absolvendi à casibus reservatis; differentiæ rationem in eo constituunt; quia Concilium d. cap. 6. Episcopis facultatem dispensandi super irregularitate, & suspensione generaliter concedit, quando verò in eodem capite eis tribuit potestatem absolvendi in quibuscumque casibus occultis, etiam Sedi Apostolicæ reservatis, suos subditos, dicitur, in diœcesi sue per seipso, aut Vicarium ad id specialiter deputatum, potius volens coactare, quam ampliare hanc jurisdictionem; nam si non addidisset verba illa, liberum fuisset Episcopo hanc facultatem committere cuicunque Sacerdoti: Concilium autem volens illam concedere tantum Episcopo, & Vicario ad id specia-

liter deputato, ita peculiariter expressit.

Sed nonnulli diversum prædictorum verborum esse sensum arbitrantur, sentientes Concilium voluisse hanc potestatem dispensandi super irregularitate, & suspensione solis Episcopis indulgere, ut per seipso illam exerceant, neque possent aliis delegare, quasi in hoc sit electum ministerium personale Episcoporum: ita Suarez tom. 5. de censur. disp. 41. sect. 2. n. 8. Guttier. canon. lib. 1. cap. 13. n. 29. Anton. Ricciul. de jure person. extra gremium Eccles. existent. lib. 1. c. 16. num. 3. Hieron. Pharaon. in suo prompt. tr. 1. sect. 18. casu 33. in fine, & ex eo probant, quia Concil. in eodem cap. agit de dispensatione, deinde de solutione, & facultatem dispensandi simpliciter concedit Episcopis sine ulla extensione, potestatem autem absolvendi extendit etiam ad Vicarium specialiter deputatum: ergo clarissime appetat mentem Concilij fuisse priorem jurisdictionem communicare tantum Episcopis, quia extensio, quæ in secundo casu ponitur, & tacetur in primo, aperte ab illo excluditur: constitutio enim in una parte declaratur ab alia, vel suppletur, aut limitatur, & restringitur, l. unic. in princ. C. de inoff. dotib. Cum igitur Concilium nihil dicat de Vicario in prima parte, non debemus intelligere illam facultatem commissari esse Vicario, si enim illam voluisse concedere Vicario, utique id expressisset, sicut fecit in secunda parte, in qua agit de solutione, argum. text. in l. unic. §. sin autem ad deficientis, C. de caduc. tollen. cum aliis citatis in libello de principiis utriusque juris, lit. L, num. 32. Ratio autem diversitatis propter quam Concil. voluerit potius extendere ad Vicarium facultatem absolvendi in casibus reservatis, quam potestatem dispensandi ab irregularitate, & suspensione, eam assignant, quia absolutio est magis necessaria ad salutem animarum, quam dispensatio: ita Mar. Alter. d. cap. 3. concl. 4. vers. tertio noctandum, ubi ex aliis hunc sequitur intellectum. Ego tamen in hoc opinionum conflictu meam interponere sententiam non audeo, dum super hoc peculiarum non habuero decisionem, interim studiosus judicet lector.

Quæret aliquis, quis possit cum Episcopo dispensare, si occurrat casus, ut ipsem sit in aliquod delictorum, de quibus in Concil. d. cap. 6. Putat Mar. Alter. d. conclus. 4. vers. tertio quæri potest; non posse Episcopum, cùm sit delegatus, hujusmodi potestatem, quam habet dispensandi, alteri committere, ut secum dispense. Verum alij communiter, & melius respondent, posse ipsummet Episcopum alteri committere vices suas, ut secum dispense, & ad absolvendum proprium suum Confessariorum deputare cum eadem auctoritate, quam ipse habet ex d. cap. 6. Concilij Tridentini in sibi subditos. Ita Maiol. de irreg. lib. 2. cap. 2. num. 12. vers. est autem, & lib. 5. cap. 51. n. 7. Suarez tom. 5. disp. 41. sect. 2. n. 9. Henriquez in sum. lib. 14. de irreg. cap. 18. §. 3. Piasac. in praxi nova Episc. p. 2. cap. 1. n. 17. pag. 107. Sayr. d. lib. 7. cap. 9. n. 5. Armand. ubi proxime, n. 12. Aloys. Ricc. in praxi rerum fori Ecclesiast. decis. 518. in 1. edit. & resol. 445. num. 2. in 2. edit. Bellet. disquisit. clerical. p. 2. tit. de disciplina Clericali, §. 1. n. 54. Sanchez de Matrimon. lib. 8. disp. 3. num. 3. & in precepta Decalogi, lib. 2. cap. 11. n. 11. novissime F. Ludovic. à Crucci in expost. Bull. Cruciate, disp. 1. cap. 6. dub. 18. n. 1. in fine, Joan. Valer. de different. inter utrumque forum, verb. jurisdictione, differ. 9. num. 12. Fillig. tom. 1. tract. o. cap. 10. n. 272. Floron. de casib. reserv. p. 1. cap. 4. §. 7. num. 14. Gavant. in manual. Episc. verb. Absolutios num. 7. Duard. in Bull. Cœne, lib. 3. §. 2. q. 11. num. 9. me citato in hoc loco, Boffi s. d. sect. 1. cas. o. n. 88. me etiam citato in hoc loco, Alzed. de præcell. Episcop. dignit. p. 1. cap. 5. num. 123. & cap. 6. num. 68.

<sup>16</sup> Capitulum Sede vacante eandem habet facultatem dispensandi, & absolvendi concessam Episcopis per Concil. d. cap. 6. nam licet illa facultas competit Episcopo jure speciali, tamen competit ei Jure communī, & jurisdictione ordinaria ei tributa. Ita in terminis resolvunt Beia in responsis casum conscient. part. 4. casu 37. vers. tandem nullus. Sayr. in clavi Regia, lib. 6. cap. 11. n. 84. Henriquez lib. 6. cap. 16. §. 1. & lib. 14. cap. 20. §. 1. Fr. Emman. quest. Regul. tom. 1. quest. 61. art. 9. Cened. ad Sextum, collect. 4. n. 3. Suarez tom. 4. de pœnit. disp. 30. sect. 2. n. 4. Aloys. Ricc. in collect. decis. p. 3. collect. 721. vers. tertio dubitatur, & in praxi fori Ecclesiastici, decis. 532. in 1. edit. alias resol. 466. in 2. edit. & in praxi aurea, resol. 11. n. 5. Sayr. decis. 31. de tempor. ordinat. Alzed. d. p. 2. c. 6. n. 73. Piasec. in praxi nova Episc. p. 2. cap. 1. n. 16. pag. 106. Sanchez de Matrim. lib. 8. disp. 2. n. 14. Nicol. Garc. de benefic. part. 5. cap. 7. n. 41. & p. 7. cap. 11. n. 21. Novar. in sing. Canon. concil. 2. num. 3. Diana part. 4. tr. 4. resol. 211. vers. notandum est, Floron. de casib. reservatis, p. 1. cap. 4. §. 7. n. 9. Duard. in Bull. Cœne, lib. 3. §. 2. q. 11. n. 16. & 17. Gavant. in man. Episc. verb. Capitulum Sede vacante, n. 48. Bossius d. casu 10. n. 207. novissimè Marcel. Vulpé in praxi, c. 44. n. 9. Quamvis contrarium teneant Marc. Anton. d. c. 3. vers. ex eodem, & Bonac. de censuris, disp. 7. q. 5. punct. 1. Alter. tom. 2. disp. 6. de suspens. cap. 3. Stephan. Dalvin. de potest. Episc. cap. 27. num. 1.

<sup>17</sup> Abbates vero, & alij Prælati inferiores habentes jurisdictionem ordinariam, & quasi Episcopalem, etiam nullius dicæsis, non gaudent prædicta facultate dispensandi, & absolvendi concessa Episcopis in Concil. d. cap. 6. ex eo, quia Conciliaris illa Constitutione hac in parte derogat Juri communī, & idcirco potius est limitanda, ut nomine Episcopi intelligamus secundum propriam significationem hujus nominis illos tantum, qui in Episcopi dignitate constituti sunt, non inferiores. Ita Aragon. 2. 2. quest. 88. art. 12. cons. 4. Cened. d. collect. 4. n. 5. Tolet. in sum. lib. 1. cap. 83. n. 5. ad finem, Suarez tom. 1. de pœnit. disp. 30. sect. 2. num. 6. & tom. 5. de censuris, disp. 41. sect. 2. num. 7. Petr. de Ledesma in sum. tom. 1. tract. 1. cap. 6. post concl. 2. diffic. 1. Aloys. Ricc. in praxi fori Ecclesiast. decis. 532. n. 1. in 1. edit. & resol. 555. in 2. edit. Mar. Alter. d. cap. 3. vers. sed hic, Bonac. d. disp. 6. q. 5. puncto 1. n. 6. Gavant. verb. absolutio, n. 5. & verb. censura, n. 2. Campan. rubr. 7. cap. 5. n. 5. & censuisse sacram Congregationem, referunt Nicol. Garcia d. p. cap. 11. num. 13. & 17. Armendariz d. loco, n. 9. & 10. Navar. d. concl. 2. num. 4. Quamvis hujusmodi Abbatibus prædictam dispensandi, & absolvendi potestatem eodem modo esse concessam, quo Episcopo, affirat Henriquez lib. 6. cap. 6. §. 1. Fr. Emman. quest. Regular. tom. 1. q. 24. art. 13. & 17. & q. 61. art. 9. & in sum. tom. 2. cap. 10. n. 6. Flores de Mena variar. lib. 3. q. 24. num. 18. Sayr. in clavi Regia, lib. 6. c. 11. n. 83. in fine, Avila de censuris, part. 7. disp. 10. dub. 6. Sanchez in præcepta Decalogi, lib. 1. c. 11. n. 5. Duard. in Bull. Cœne, lib. 3. §. 2. q. 8. num. 55. Monet. de commut. ult. volunt. cap. 5. n. 455. Sigism. à Bononia de elect. dub. 51. n. 8. Diana moral. part. 4. tr. 4. resol. 211. novissimè Marchin. d. tr. 1. p. 9. diffic. 1. à num. 3. Portel. verb. Prælati potest as ad absolvendum, num. 30. Pharaon. d. tr. 1. sect. 18. c. 34. cumseq. Bossius d. casu 10. num. 211. Castro Palao de pœnis heretic. tr. 4. disp. 4. n. 4. novissimè Trullench. d. lib. 1. cap. 3. dub. 4. n. 3. Stephan. Dalvin. cap. 27. num. 2.

<sup>18</sup> Ex eadem ratione videtur dicendum Superiores, seu Conventuales Religionum exemptarum hujusmodi facultate à Concilio Episcopi concessa erga Reliosos sibi subditos uti non potest, & ita à sacra Illusterrimorum Cardinalium Congregatione decisum

fuisse referunt Garcia d. cap. 11. num. 13. & 20. Armendariz d. loco, n. 10. & resolvunt Suarez de Relig. tom. 4. tr. 8. lib. 2. c. 12. n. 12. & tom. 5. disp. 4. sect. 2. Petr. de Ledesma in sum. tom. 2. tr. 1. cap. 6. post concl. 20. diffic. 3. Valer. Regin. d. n. 29. versic. quintum est. Lezana c. 11. n. 6. Contrarium tamen, immo prædictos Superiores erga Reliosos sibi subditos hanc potestatem habere, facultate ipsis ad hoc data à Pio V. Constitutione sua, quæ incipit Romanus, an. 1571. die 21. Julij, tenent Piasec. in praxi nova Episc. part. 2. q. 3. num. 152. in princ. Henriquez in sum. lib. 6. c. 16. §. 8. & lib. 7. cap. 25. §. 2. & lib. 14. cap. ultim. §. 5. ad fin. Fr. Emman. quest. Regul. tom. 1. q. 61. art. 9. Fr. Lud. Beia in responsis casum conscientia, part. 4. casu 37. in princ. Fr. Joan. de la Cruz de statu Religionis, lib. 1. cap. 6. dub. 16. Sayr. de censuris, lib. 7. cap. 7. num. 23. Molin. de justit. tract. 3. disp. 61. n. 4. & 5. & disp. 70. in fin. Jacob. de Graffis tom. 2. consil. sub tit. de homicidio, consil. 2. n. 23. cum seqq. Sanchez de Matrimon. lib. 8. disp. 2. n. 13. & in præcepta Decalogi, lib. 2. c. 11. n. 7. Coriolan. de casib. reserv. part. 1. sect. 1. art. 21. num. 6. & art. 23. n. 4. Barthol. à S. Fausto in thesano Relig. lib. 3. q. 125. Portel. in dub. Regularibus, verb. Prælati, num. 36. novissimè Bossius d. c. 10. num. 220. cum seqq. ubi num. 223. subdit hujusmodi Prælatos Regulares posse alteri committere dictam facultatem dispensandi, & absolvendi. Joan. Valer. de differ. inter utrumque forum, verb. Regularis, differ. 6. vers. denique, Navar. d. concl. 2. n. 6. Barthol. de Vecchis in praxi observanda in admittendis ad Religionis statum novit. disput. 9. dub. 18. ex n. 4. Hieron. Roder. d. resol. 51. n. 23. Diana p. 4. tr. 5. resol. 211. in fine, Marchin. d. diffic. 1. n. 9. Sigism. à Bonon. de elect. p. 2. c. 1. c. 1. dub. 50. & hæc secunda opinio, attenta dicta Pij V. Constit. in praxi sequenda est, illa vero non extante, in punto Juris primam veriorem judico, me citato in hoc loco, Trullench. d. dub. 4. num. 5.

Archiepiscopus dum actu visitat, habet facultatem <sup>19</sup> absolvendi ab irregularitate occulta virtute Concilij Tridentini circa subditos suorum Suffraganeorum; tunc enim ratione officij ordinariam habet facultatem ad absolvendum. Ita Henr. lib. 14. cap. 18. num. 3. Suarez tom. 4. disp. 30. sect. 2. num. 8. Sayr. in clavi Regia, lib. 6. cap. 11. n. 79. Avila de censur. part. 2. cap. 7. disp. 1. dub. 10. concl. 3. & part. 7. disp. 10. dub. 6. notab. 2. circa primam conclusionem, Sanchez in præcepta Decalogi, lib. 2. cap. 1. n. 5. & lib. 3. cap. 38. n. 13. & 15. Marchin. d. tr. 1. part. 9. diffic. 1. num. 8. Joan. Valer. de different. inter utrumque forum, verb. jurisdiction, different. 4. n. 1. me citato in hoc loco, Bossius d. casu 10. n. 215. Alzed. d. part. 2. cap. 6. n. 40. Bonac. de censur. disp. 1. q. 3. puncto 2. num. 7. vers. tertio, ubi in vers. secundo, dicit etiam posse Archiepiscopum à censuris latis à Suffraganeis, vel à Sede Apostolica absolvere subditos Suffraganeorum, quando malitiosè, aut negligenter differunt absolutionem, vel quando ad illum fuit appellatum, & vocatae fuerunt partes. Sic etiam in actu visitationis non solum potest dispendare cum subditis Episcoporum Suffraganeorum, sed etiam cum ipsismet Episcopis Suffraganeis, ut contra Suarez tenent Henriquez d. cap. 18. num. 4. Avila p. 7. disp. 6. sect. 5. dub. 5. Bonac. de censuris, disp. 7. q. 5. punct. 1. num. 1. in fine, Bossius d. casu 10. num. 216. ubi num. 217. subdit, quod immo quocunque tempore, & sic extra visitationem, poterit Archiepiscopus uti dicta facultate dispensandi, & absolvendi circa suos Episcopos Suffraganeos, sicut potest circa subditos suæ propriæ dicæsis, & citat post alios Sayr. d. cap. 11. num. 79. Floron. de casibus reserv. part. 1. c. 4. §. 7. num. 14. Trullench. d. dub. 4. num. 4.

*Occultum quid dicatur; & qui sunt casus occulti, in quibus Episcopus dispensare valer?*

20. Cùm Episcopi virtute Concilij Tridentini *seff. 24.* de reformat. *cap. 6.* possint omnino dispensare in omnibus irregularitatibus, & suspensionibus ex delicto occulto provenientibus, opportunè inquirendum est quando dicatur delictum occultum, ut Episcopus possit dispensare in irregularitate, vel suspensione per illud incuria? Sunt qui teneant occultum in præsenti materia secundum terminos Juris esse regulandum, & propriè dici, quando non potest probari. In Jacob. de Graffis *tom. 2. consil. sub titul. de homicid. consil. 2. num. 20.* Nicol. Garcia *de benef. part. 7. cap. 1. num. 41.* Amendar. *in addit. ad recopil. legum Navarre, lib. 1. tit. 18. l. 7. de irregularitat. in declarat. num. 25.*
21. Verùm communis Doctorum resolutio tenet occultum in præsenti dici, quod non est publicum, etiamsi ab aliquibus sciat, & potest tergiversatione celari; quia Concil. d. *cap. 6.* à regula dispensandi excipit dedueta ad forum contentiosum: ergo non excipit occulta; quæ probari possunt, si tamen ad forum contentiosum non sunt dedueta: tum quia occultum plerumque accipitur non prout est improbabile, sed prout contradistinguitur à notorio, publico, vel saltem famoso, secundum Panormitan. *in cap. fin. de tempor. ordin.* ubi occultum crimen ad hoc, ut quis possit promoveri, appellat illud quod opponitur notorio, licet probari possit: idem Panormit. *in cap. quæ situm de Pœnit.* & remiss. † Et notorium est plena rei notitia inducens indubitatem, & finitam probationem discussione non egentem, ut per text. *in cap. vestras de cohabit. cleric.* & *in cap. cura olim, 24. de verb. signif. tenent Clar. lib. 5. §. fin. q. 9.* Mascard. *de probation. concl. 110.* Paul. Comitol. *respons. moral. lib. 1. q. 57.* Menoch. *illustr. cap. 2. n. 11.* & *cap. 20. n. 23.* Farinac. *in praxi crimin. q. 28.* Menoch. *de arbitr. casu 166. num. 4.* Jacob. de Graffis *in aureis decis. part. 1. lib. 1. cap. 13. num. 43.* & seqq. Aldrete de religiosa disciplina tuenda, *lib. 1. cap. 5. §. 2. n. 3.* novissimè me citato *in hoc loco;* Bossius de triplici Jubil. privilegio, *sect. 1. casu 10. §. 3. n. 26.* in fine. Hinc † notorium dicitur delictum commissum, vel confessum in judicio. Mascard. *concl. 1326. n. 4.* post Afflict. Menoch. & alios Farinac. *d. q. 21. n. 31.* Steph. Gratian. *discept. forens. cap. 142. n. 9.* & 10. Aldrete d. §. 2. n. 11. Item † & omne illud, quod ex actis judicij constat, ex citatis per Menoch. *remed. 1. recip. n. 132.* & *de arbitr. casu 166. n. 6.* & *conf. 109. n. 6.* Tiraq. *de retract. lignag. §. 3. 6. glos. 2. n. 44.* Mascard. *conclus. 1101. n. 13. cum seqq.* Farinac. *d. q. 21. n. 14.* & q. 9. num. 20. Mendez à Castro *in praxi Lusitana, lib. 3. cap. 15. n. 4.* Aldrete d. §. 2. n. 10. Bossius d. §. 3. n. 30. Vcl deducitur ex sententia in judicio prolatâ, Mascard. *conclus. 1296. num. 15.* Farinac. *d. q. 21. num. 31.* Quare textum illum intelligendum esse de illo occulto, quod probari potest, sed à paucis scitur, & aliqua valer tergiversatione celari, tenent Navar. *in man. cap. 27. n. 454.* in fine, versic. undecimò, Sorb. *in compend. Mendicant in resolut. materia; absolut. pag. 48.* Anton. Roch. *de visitat. verb. occultis, V. g. in summa, p. 1. cap. 49. casu 16.* Tolst. *in sum. lib. 1. cap. 89. num. 3.* Læl. Zech. *de casibus Episcopo reservatis, casu ultim. num. 1.* & *casu 1. de irregularitat. circa finem,* Vivald. *in candelabro aureo, titul. de irregular. n. 315.* Zerola in praxi Episc. p. 2. verb. irregularitas. §. 1. Azor. *institut. moral. p. 1. lib. 8. cap. 11. q. 9.* Avl. *de censur. p. 2. cap. 7. disp. i. dub. 12. concl. 2.* & *p. 7. disp. 10. dub. 6.* Mar. Alter. *eod. tract. tom. 2. disp. de suspens. versicul. secundò notandum,* Suarez *tom. 4. disp. 30. sect. 2. n. 2.* &

*tom. 5. disp. 41. sect. 2. n. 6.* Campan. *in divers. Juris Cas. non. rubr. 6. cap. 5. n. 7.* Duard. *in Bull. Cœne, lib. 3. §. 2. q. 11. n. 4.* & 5. Floron. *de casibus reservat. p. 1. cap. 4. §. 21. n. 2.* Gavans. *in manuali Episc. verb. Absolutio, n. 11.* me citato *in hoc loco,* Alzedo *d. p. 2. cap. 6. n. 12.* Molina de justitia, *tract. 3. disp. 79. n. 8.* vers. secundo, Fr. Emman. *quest. Regular. tom. 1. q. 24. art. 1.* Paul. Comitol. *respons. moral. lib. 6. q. 44. n. 2.* Ugolin. *de postestate Episc. cap. 57. n. 5.* Pialec. *in praxi nova Episc. p. 1. cap. 1. n. 56.* pag. 62. Aloys. Ricc. *in praxi fori Ecclesiast. decis. 523.* in 1. edit. & resol. 450. in 2. edit. Sayr. *de censur. lib. 4. cap. 17. num. 21.* & *lib. 7. cap. 13. num. 12.* Sanchez de Matrim. *lib. 2. disp. 7. num. 11.* & *lib. 8. disput. 34. num. 55.* & *in præcepta Decalogi lib. 1. cap. 11. num. 19. cum seqq.* Reginald. *in praxi fori Pœnit. lib. 30. tract. 1. n. 30.* me citato Bonacina *de censur. disp. 1. q. 3. punctu 2. num. 1. vers. quartò.* Fr. Simon. à Bononia *de elect. dub. 71. à n. 7.* Novar. *inter decisiones Neapol.* Aloysij Ricci, *decis. 117. p. 4.* ubi multa ex hoc loco, me non citato, desumptis; novissimè Fagundez *in quinque Ecclesia præcepta, p. 2. lib. 8. cap. 8. n. 23.* Barthol. de Vecchis *in praxi observanda in admittendis ad Religionis statum novit. disp. 9. dub. 16. n. 3.* Hieron. Roder. *in compend. quest. Regul. resol. 52. num. 13.* Alzed. *d. part. 2. cap. 6. n. 12.* Marchin. *in d. part. 9. diffic. 2.* novissimè, me citato, *in hoc loco,* Bossius de triplici Jubil. privil. *sect. 1. casu 10. §. 3. num. 26.* novissimè Marcel. Vulpe *in praxi judic. fori Eccles. cap. 44. n. 10.* latè & eleganter Stephan. Dalvin. *de postestate Episcop. cap. 26. n. 3. cum seqq.* ubi ex præscripto Juris, & Jurisperitorum doctrina, aliquid occultum dicit tripliciter ait. Primo illud, quod non est sua natura probabile, quia ut tale non cadit sub cognitio nem hominis, ejusmodi sunt cogitationes hominum, de quibus nec Ecclesia judicat. Secundo id, quod sua quidem natura est probabile, probari tamen non potest, quia nemo illius notitiam habeat, utpote coram nemine factum. Tertio illud, quod probari quidem potest, quia notum, sed tam paucis, quod neque est vulgare, neque in judicium deductum: & n. 9. notat, per casus occultos Sedi Apost. reservatos vigore Concilij d. *cap. 6.* Episcoporum jurisdictioni concessos, non intelligendos eos, qui primo modo dicuntur occulti, sed tantum eos, qui secundo, & tertio modo: novissimè D. Felician. de Vega, tunc Archiep. Mexican. *in relect. cap. 1. si Clerici, §. de adulteriis, num. 15. 2. cum seq. de Judic.*

Ex quibus recte infertur, posse Episcopum virtute Concilij *in dict. cap. 6.* dispensare, quando delictum non est publicum, vel notorium, quamvis sit notum tribus, vel quatuor, nec de illo sit fama in majori parte vicinæ, vel collegij; unde in magna civitate quatuor, quinque, aut sex vidisse testes, non satis vindetur ad notorium, ut docent Henr. d. *lib. 3. cap. 3. §. 2.* Sayr. *de censur. lib. 2. cap. 12. n. 19.* Sanchez d. *cap. 11. n. 10.* Trullench. d. *cap. 2. dub. 6. n. 1.* Unde etiam optimè aliqui Doctores exigunt, ut delictum non sit occultum, sed publicum, quod non tantum actus, qui est delictum, sit publicus, sed etiam ut publicum eum fecisse delictum, hinc resolentes † posse Episcopum dispensare etiamsi actus sit materialiter publicus, non verò formaliter in quantum delictum, adhuc enim occultum dicitur delictum. Ita Eminan. Sà verb. Episcop. n. 35. Fr. Eminan. *in sum. p. 1. cap. 176. n. 3.* Henr. d. *lib. 14. cap. 20. n. 4.* Sayr. *de censuris, lib. 7. c. 3. v. 13.* Bonac. *codem tract. disp. 7. q. 5. punto 1. n. 4. vers. dixi.* in provenientibus, F. Sigism. a Bononia *de elect. dub. 71. n. 8.* Fagundez d. *cap. 8. n. 25.* & 29. Sanchez d. *lib. 8. disp. 14. num. 56.* Pialec. *in praxi nova Episc. part. 1. cap. 1. rubr. de dispensat. sub num. 56. fol. 61.* Aloys. Ricc. *in praxi fori Eccles. resolut. 450. num. 5.* in 2. edit. Ugolin. *de censuris, tab. 1. cap. 13. §. 7. sub n. 4.*

Galer. in margarita casum conscientiae, verb. delictum, ultim. Campan. in diversorio juris Canonici, rub. 7. cap. 5. num. 3. me citato Trullench. d. cap. 2. dub. 7. num. 3. & novissimè in sua exposit. Decalog. me citato d. dub. 4. num. 9. Hinc unus Texeda tom. 2. lib. 3. tr. 3. num. 138. ex stimavit posse Episcopum dispensare in irregularitate ex homicidio voluntario occulto proveniente, dummodo ita occultum, ut nullus alias sciat id delictum fuisse à tali persona, nisi solus ipse homicidia, quasi Concilium d. loco loquatur de homicidio non omnino occulto, sed aliquo modo, scilicet de illo quod in judicio probari non potest: sed merito illum reprehendit Diana moral. resol. part. 6. tract. 6. resol. 58. in med.

27 Hinc etiam colliges, posse Episcopum dispensare in irregularitate proveniente ab excommunicato celebrante, quando excommunicatio est occulta, licet celebrazione sit manifesta; nam ad hunc effectum censura dicitur occulta, quæ incurrit coram multis ignorantibus, illam tamen eo casu incurri. Fr. Ludov. Miranda in man. Prel. tom. 2. q. 8. art. 14. concl. 2. Piasec. in praxi nova Episc. p. 1. cap. 1. n. 56. pag. 62. Navar. cons. 2. sub tit. de Clerico non ordinato minist. in utraque edit. Galer. d. verb. delictum pen. Læl. Zel. d. casu ult. n. 1. vers. & quod, pag. 148. me citato in hoc loco, Homobon. de examine Ecclesiastico, tract. 12. cap. 3. q. 13. resol. 3. in fine, & me hic citato March. d. tract. 1. p. 9. diffic. 1. n. 4. 5. & 6. novissimè Bossius d. §. 3. n. 33. Quidquid dubitet Additionator ad dictum cons. Navarr. Hinc si contingat delictum in una civitate esse publicum, vel per facti notitiam, vel quia in judicio confessum, vel quia per Judicis sententiam probatum, in alia verò civitate, in qua petitur absolutio, vel dispensatio in irregularitate, esset occultum, tunc licebit Episcopo absolvere, vel dispensare, modò notitia talis delicti non sit illuc facilius perventura, quia in tali loco delictum verè dicitur occultum, nec semper adest periculum diffamatio propter locorum distantiam. Ita contra Suarez de Panit. disp. 30. sect. 2. n. 2. Sanctarel. de heresi, cap. 5. dub. 6. n. 26. resolvunt Avila de censur. p. 2. cap. 7. disp. 1. dub. 11. concl. 2. Sanchez in praecepta Decal. lib. 2. cap. 11. n. 20. Duard. in Bull. Cœne Domini, lib. 3. §. 2. q. 11. n. 10. Fagundez in quinque Eccles. praecepta, p. 2. lib. 8. cap. 8. n. 28. Marchin. d. p. 9. diffic. 2. num. 7. Trullench. d. dub. 6. num. 2.

28 Delictum deductum ad forum contentiosum, ad hoc ut Episcopus in irregularitatibus, & suspensionibus ab eo provenientibus, dispensandi facultatem non habeat, dicitur statim ac denunciatio, aut accusatio de illo coram legitimo judice facta est: ita Mar. Alter. d. cap. 3. vers. postulabit, ubi multis nititur suam comprobare sententiam. Vel ubi primum citatio est facta, quia regulariter à citatione incipit judicium, §. fin. Instit. de pena temere litig. gloss. in rub. C. de in jus vocando, ut tenet Aloys. Ricc. in praxi fori Ecclesiast. decis. 522. in 1. edit. & resol. 449. in 2. edit. Floron. de cas. reser. cap. 4. §. 21. n. 3. novissimè Marcel. Vulpe d. cap. 44. num. 10. in fine.

29 Verùm ego tenerem delictum dici deductum ad forum contentiosum post litis contestationem, ex se-  
30 quentibus: primò quia + fortis contentiosus verè dici non potest, nisi inter partes super delicto commisso contendatur negando, vel confitendo, quo actu litis contestatio etiam in criminalibus inducitur, ut tenent Viv. Neapol. decis. 410. n. 13. Farin. in praxi crimin.

31 q. 10. sub n. 35. ad finem. Deinde + forus contentiosus idem tonat quod judicium: at judicium propriè post litis contestationem dicitur, ex resolutis per Azin. in praxi Florentina, §. 1. cap. 1. n. 14. & seqq. Lancellot. de attent. in prefat. n. 7. Peregr. var. lib. 2. sub rub. de judic. n. 54. Ulterius forus contentiosus nihil differt a lire mota, quia idem est, si non plus, in foro contendere,

ac in eo litem movere: at lis mota dicitur postquam litis contestatio facta fuerit, ut probat text. in cap. ex parte 30. de verbor. signific. & resolvunt Maranta de ordine judic. part. 5. tit. & omnia fiunt durante instan-  
tia, n. 64. Surd. de alim. tit. 5. q. 8. n. 64. Cabed. Lu-  
sitani. decis. 15. n. 10. part. 2. ergo etiam tenendum, de-  
lictum deductum ad forum contentiosum dici post li-  
tem contestatam, quod post primam hujus tractatus  
editionem sentire videtur Fr. Sigism. à Bononia de  
elect. dub. 71. n. 10. à princip. Gavant. in man. Prelat.  
verb. Absolutio, n. 12. Diana resolut. moral. p. 4. tr. 2.  
resol. 93. Bossius d. §. 1. n. 6. Trullench. d. dub. 6. n. 1.  
& novissimè me citato in hoc loco, in sua exposit. De-  
cal. d. lib. 1. cap. 3. dub. 4. n. 9. Castro Palao de legib.  
tract. 3. disp. 6. punt. 15. §. 1. n. 1. & de pœnis hereti-  
cor. tract. 4. disp. 4. num. 14.

Deducto igitur delicto ad forum contentiosum, modo supra explicato, in irregularitate, vel suspensi-  
one ex illo proveniente impeditur Episcopus dispen-  
sare; quod quidem impedimentum non est dicendum  
semper durare, ex eo quod semel deductum fuerit ad  
forum contentiosum, sed tantum quousque duraverit  
judicium, quo finito, habita sententia absolutoria, li-  
cebit eidem Præsuli dispensare, quia adhuc manet oc-  
cultum, & non potest dici deductum cum effectu, ex  
quo probatum non fuit: ita Vivald. in candelab. an-  
reo, tit. de excommun. n. 42. Emman. Sà verb. Epis-  
copus, num. 34. Fr. Emman. in sum. p. 1. cap. 167. n. 4.  
Vega in summa, p. 1. cap. 15. casu 2. Jacob. de Graffis  
in aureis decis. part. 1. lib. 1. cap. 13. n. 42. & tom. 1.  
consil. sub tit. de homicid. consil. 20. n. 20. Snarez de  
censur. disp. 41. sect. 2. n. 6. Sayr. eod. tract. lib. 4. c. 7.  
n. 12. Avila eodem tract. part. 7. disp. 1. dub. 11. con-  
clus. 3. Henrig. lib. 14. c. 17. §. 2. in commento lit. H. Cam-  
pan. in divers. Juris Canonici, rubr. 11. cap. 2. n. 144.  
Mar. Anton. variar. resol. lib. 3. resol. 16. sub num. 11.  
vers. nec obstat, Mar. Alter. d. cap. 3. vers. postulabit  
Molina de justitia, tract. 3. disp. 79. num. 8. vers. 1.  
& 3. Sanchez de Matrim. lib. 2. disp. 37. n. 12. & lib. 8.  
disp. 34. n. 57. & in præcepta Decalogi, lib. 1. cap. 11.  
num. 21. & me citato Bonacina de censur. disp.... q.;  
puncto 2. num. 2. & disp. 7. quest. 5. puncto 1. n. 4. vers.  
dixi excepto. Fagundez d. cap. 8. n. 26. Novar. d. concl. 1.  
num. 6. in fine, Fr. Barthol. de Vecchis d. disp. 9. dub. 16.  
num. 5. Alzed. d. part. 2. cap. 6. num. 10. & 11. Bossius  
d. §. 3. num. 40. Trullench. d. dub. 4. n. 9. D. Felician.  
de Vega in relect. cap. & si clerici, §. de adulterio,  
num. 153. de judicio.

Quin etiamsi mediis depravatis obtinuerit absolu-  
tionem ab injecto crimine, dispensabit Episcopus,  
Henrig. d. lib. 24. cap. 27. §. 4. Suarez d. sect. 2. à num. 6.  
Sayr. d. cap. 7. num. 12. Sanchez d. lib. 2. de Matrim.  
disp. 37. num. 12. in fine, & lib. 8. disp. 34. n. 57. Bar-  
thol. de Vecchis d. dub. 16. num. 7. in fine, Fr. Sigism.  
à Bononia de elect. dub. 71. num. 12. Campan. in diver-  
sor. Juris Canon. rub. 7. cap. 5. num. 7. & rubr. 21. cap. 13.  
n. 144. ubi tenet, quod si judicium non fuerit senten-  
tiā finitum, eo quod accusator per annum tacuerit, +  
potest ab Episcopo elapso anno dispensari, vel ordi-  
nari, & allegat gloss. verb. obrepst, in cap. tantis, 81.  
dist. & cap. omnipotens Deus, de accusat. Maiol. de  
irregular. lib. 3. cap. 17. sub num. 9. & Sayr. d. cap. 7.  
num. 11. me citato in hoc loco, Marchin. d. tract. 1. p. 9.  
diffic. 4. n. 8. & 9. Sigism. à Bononia d. dub. 71. n. 10.  
Bossius d. §. 3. num. 43. in princ.

Dubitari tamen potest, utrum Episcopus possit di-  
spensare si delictum deductum sit ad forum contentio-  
sum, & jam finito judicio paenitum? In qua quæstio-  
ne tenet una sententia, etiam hoc casu posse Epis-  
copum dispensare, subscribunt Henriquez dist. lib. 14.  
cap. 7. num. 5. Avila de cens. part. 2. disp. 2. dub. 7. & p. 7.  
disp. 10. dub. 7. Sanchez in præcepta Decal. lib. 2. cap. 11.  
num. 21.

n. 21. vers. Sed quid, Reginald. d. lib. 30. tract. 2. n. 29.  
versic. sexto, Fr. Sigism. à Bononia de elect. dub. 71.  
n. 13. Sanctar. de heresi, c. 5. dub. 6. n. 29. Hurtado in tr.  
de irregul. disp. 2. diffic. 20. n. 68. Diana moral. resolut.  
part. 4. tract. 2. resol. 97. Marchin. dict. diffic. c. 4. n. 11.  
Sed contrarium sententiam veriorem duco, quia delictum  
hoc non potest negari ad forum contentio-  
sum esse deductam, nec deinde occultum, immo publi-  
cum: nam quae probantur in judicio, appellantur  
publica. Ita Gutier. canon. l. 1. cap. 3. ad finem, Fr. Em-  
man. in sum. part. 1. c. 168. in fine, Suar. d. scit. 2. n. 5.  
ad finem, Bonacina d. punct. 2. n. 2. & disp. 7. quest. 5.  
punct. 1. n. 5. Bathol. de Vecchis d. disp. 9. dub. 16. in  
fine. Garcia de benef. part. 7. c. 11. n. 50. Sayr. de cen-  
sur. lib. 4. cap. 17. num. 23. Stephan. Dalvin. de potest.  
Episcop. cap. 21. in fine, ubi refert sacram Congreg. sic  
censuisse. Qui occasione dictorum delictorum occulto-  
rum Papa reservatorum (de quibus intelligitur idem  
cap. liceat) fuerunt inquisiti, sed quia potuerunt deli-  
cta probari, rei ipsi non fuerunt quidem absoluvi diffi-  
cilitate, nec alio modo, sed simpliciter dimissi, recepta  
promissione de se representando, non posse hujusmodi  
uti dicti cap. liceat, beneficio; quia in eo scriptum sit,  
Exceptis aliis deductis ad forum contentiosum, sic que  
sufficit sola deductio, quicquid inde sequatur.

36 Ex quibus omnibus primò collige, posse Episco-  
pum virtute Concilij d. cap. 6. dispensare in irregu-  
laritate, quae contrahitur ex reiteratione Baptismi  
occulta. Ita Tolet. in sum. lib. 1. cap. 70. Avila de cen-  
sur. part. 7. disp. 7. quest. 3. punct. 3. n. 6. Filliuc. in sum.  
tract. 10. cap. 6. quest. 5. Alzed. d. part. 2. cap. 6. num. 5. 3.  
Homobon. de examine Ecclesiar. tract. 12. c. 3. q. 8. in  
resol. 1. questionis, ubi citat meipsum in hoc loco,  
etiam si incurrit ab aliquo publicè baptizante,  
dummodo nesciat an qui baptizatur, fuerit antea  
baptizatus, Sayr. d. lib. 7. cap. 10. n. 16. Avila d. dub. 6.  
Sanch. de Matrim. lib. 2. disp. 37. n. 11.

37 Secundò collige, Episcopum etiam posse dispen-  
sare in irregularitate contracta ab eo, qui duo Ordi-  
nes Sacros, vel Acolytatum cum Subdiaconatu eo-  
dem die suscepit, quando delictum est occultum,  
Hentiquez lib. 14. cap. 6. num. 5. Avila part. 7. disp. 9.  
scit. 1. dub. 4. ad finem, Sayr. d. lib. 7. cap. 10. n. 26. Bo-  
nacina d. disp. 7. quest. 3. punct. 4. n. 4. Ugolin. de cen-  
suris, tract. de irregul. c. 39. §. 1. n. 31. & de potest. Epis-  
copi cap. 57. §. 2. n. 4. vers. quartò.

38 Tertiò collige, posse etiam Episcopum dispen-  
sare in suspensione contracta ab eo, qui furtivè, idest, nes-  
ciente Episcopo, neque probante, neque exami-  
nante, Ordines suscepit, si occulta sit: Hentiquez  
l. 14. c. 6. §. 5. Suar. d. disp. 42. scit. 5. n. 5. Coninch. dis-  
put. 18. dub. 5. n. 43. Bonacina d. punct. 4. n. 5. Ugolin. d.  
tract. de off. & potest. Episcop. c. 57. §. 2. n. 4. vers. quartò.

39 Quartò collige Episcopum etiam posse dispen-  
sare in suspensione, quam quis contraxit recipiendo  
Ordines sine litteris dimissoriis, si sit occulta. Bo-  
nac. de Sacr. disp. 8. q. unic. punct. 4. n. 25.

40 Quintò collige, posse Episcopum dispen-  
sare cum eo, qui per saltum promotus ad Ordines celebravit,  
ubi delictum fuerit occultum. Ugolin. d. §. 2. num. 4.  
vers. tertio.

41 Sextò collige, eodem modo posse Episcopum dis-  
pensare in irregularitate occulta proveniente ab  
administratione in Ordinibus male suscep-  
tis. Ita Aucl. Catechesis Neapolitan. lib. 4. cap. 12. vers. tertio,  
Majol. de irregular. lib. 1. cap. 30. n. 9. in fine, Campan. in  
divers. juris Canō. rubr. 7. cap. 5. num. 2. qui hoc verum  
esse dicunt, si Episcopus non fuerit etiam scienter  
particeps ejusdem culpa.

42 Septimò collige, posse etiam Episcopum dispen-  
sare cum eo, qui Ordines majores suscepit ab Episco-  
po, qui renunciavit Episcopatu, vel dignitati, aut  
Barbosae de Episcop. Pars II.

censura irretito, schismatico, heretico deposito, vel  
degradato, dummodo delictum sit occultum. Ugo-  
lin. d. §. 2. n. 4. vers. quinto, Alzed. de premin. Episcop.  
dignit. p. 2. c. 5. n. 16.

Ottavò collige, posse etiam Episcopum dispen- 43  
sare in irregularitate, quam quis contraxit exercen-  
do Ordines, quos non habebat, ut exerceat suscep-  
tos, ac alias suscipiat, modò delictum sit occultum,  
Ugolin. d. cap. 57. §. 3. num. 1. vers. si etiam, Bonacina  
de censur. d. sp. 7. p. 3. punct. 6. num. 10. Alzedo d. p. 2.  
cap. 6. num. 54.

Nonò collige, Episcopum etiam posse dispensare 44  
cum simoniaco occulto, non tamen illum rehabili-  
tate ad beneficia in posterum obtainenda, nec ad ea  
retinenda, quae per simoniam occultam obtainuit. Ita  
per sacram Congregat. decimum fuisse testantur Suar.  
de relig. tom. 1. tract. 3. lib. 4. cap. 61. n. 11. Less. de just.  
lib. 2. c. 35. num. 140. Nicol. Garcia de benef. part. 8.  
cap. 1. num. 74. Armendar. in addit. ad recopil. legum  
Navarra, lib. 1. tit. 18. l. 7. de irregularit. in declarat  
num. 15. & 16. Alzed. d. cap. 6. num. 41. me citato in  
hoc loco, Marchin. d. tract. 1. part. 9. cap. 5. n. 2. Gavant.  
in manuali Episcop. verb. Censura, num. .. Chapeavil.  
de casib reseru. c. 22. q. 13. Boss. d. casu 10. §. 5. n. 152.  
Quamvis contrarium asserte videatur Campan. in  
divers. Iur. Canon. rub. 11. c. 27. n. 66. nam contra eum  
se habet veritas, ut novissime tenet D. Felician. de  
Vega in relect. cap. at si Clerici, §. de adulteriis. n. 160.  
de judic. & num. 163. subdit simoniam etiam publi-  
cam posse dispensari in Indiis occidentalibus quoad  
censuras, & penas ex indultis concessis DD. Episco-  
pis, & num. 164. affirmat idem esse in locis ubi talia  
indulta non sunt, si tamen ad sit difficilis accessus  
ad Papam, & sit periculum in mora.

Decimò Collige Episcopum posse dispensare cum 45  
promoto de facto, & presumptuose ante etatem  
legitimam, & celebrante, ac proinde irregularita-  
tem incidentem, si hujusmodi delictum promotionis  
sit occultum, licet celebratio sit publica, ut re-  
solvunt Navar. in man. cap. 27. num. 24. vers. dixi Iu-  
re antiquo, sic intelligens decisionem Concilij Tri-  
dent. sess. 24. de reformat. cap. 6. Vivald. in candel. aureo.  
tit. de Sacramento Ordinis, n. 37. in fine, Majol. de ir-  
regular. lib. 1. cap. 30. n. 9. in fine, quos refert, & sequi-  
tur Aloys. Ricc. in praxi aurea resolut. 105. in fine.

Undecimò collige, non posse Episcopum dispen- 46  
sare super illegi imitate ex delicto occulto provenien-  
te, quia Conc. tribuit Episcopis auctoritatem dispen-  
sandi super irregularitate contracta ex delicto: sed  
irregularitas illegitimi orum est irregularitas contra-  
cta est def. & tu, non ex delicto: ergo, &c. Ita Suar.  
tom 5. de cens. disp. 50. scit. 5. n. 5. Bonacina. in simili  
tract. disp. 3. punct. 3. q. 2. n. m. 15. Syr. eod. tract. lib. 6.  
cap. 11. num. 8. Filliuc. tom. 1. tract. 19. cap. 6. num. 1. 1.  
Coninch. de sacrament. disput. 18. dub. 14. n. 11. Ar-  
rojo de sacrament. tit. de irregular. num. 10. Alzedo d.  
part. 2. c. 6. n. 50. Piasc. in praxi Episcop. part. 1. c. 1.  
n. 56. & 60. & videtur non improbare Diana moral.  
resol. part. 2. tract. 1. mis. el. resolut. 21. Quicquid con-  
trarium teneat Avila de censur. n. 7. disputat. 5. dub. 7.

Duodecimò collige, non posse Episcopum dispen-  
sare in irregularitate orta ex heresi occulta exteri-  
ti, quia Episcopi post Bullam Cœnæ non possunt  
absolvere ab hoc crimen heresim, ut resolvimus al-  
leg. seq. num. 24. ergo nec poterunt dispensare; major  
siquidem est potestas dispensandi, quam absolvendi.  
Ita Majol. de irreg. lib. 5. c. 46 sub n. 6. Suar. de censur.  
disp. 43. scit. 1. n. 7. Bonacina in simili tr. disp. 7. q. 3.  
punct. 6. n. 11. Contrarium vero, immo non esse Epis-  
copis hanc facultatem denegandam, verius mihi vi-  
detur, quia Conc. Trid. d. c. 6. Episcopis expressè con-  
cessit facultatem dispensandi in quacunque irregu-

lalitate orta ex quocumque delicto, etiam hæresis, neque ex alio Canone habemus hanc facultatem fuisse illis revocatam: ergo tuendi sunt in sua possessione, & ideo hac partem metit sustinent Nicol. Garcia de benef. part. 11. cap. 20. n. 86. Farin. de hæresi, quæst. 92. num. 79. Vgol. de irregular. c. 36. n. 5. Viv. in cand. aureo, tit. de irregular. 3. num. 21. Sanch. in præcepta Decal. lib. 2. cap. 25. n. 8. Filliuc. in qu. mor. tom. 1. tr. 29. c. 246. Ant. Dian. moral. resol. 24. tom. 1. tract. 15. miscell. ref. 14. per tot. Boss. de triplici Jubilai privilegio. sect. 1. cas. 10. §. 1 2. n. 244. Marchin. de sacramentis Ordinis tract. 1. part. 8. cap. 2. n. 11. ubi duo advertit. Primum, quod antequam Episcopus in hac irregularitate dispense, semper est præmittenda Sacramentalis absolutio ab Apost. Sode impetrata ad culpam delendam. Secundum, quod quæcunque gratia facta hæreticis, vel de hæresi suspectis, vel hæresim abjurantibus, nonquam se extendit ad potestatem audiendi Confessiones sacerdotalium, ex decreto Pauli IV.

Verum autem per Bullam Cœnae Domini, & alias Constitut. Summorum Pont. sit derogatum facultati, & privilegio Episcoporum, ut possint absolvere à casibus occultis etiam Summo Pontif. reservatis, ut eis concedit Concil. Trid. d. c. 6. Partem affirmativam probant Sorb. Tolet. & Iacob. de Graffis; quos refert, & sequitur Marcel. Megal. lib. 1. inst Conf. c. 14. n. 15. & 16. Contrarium nihilominus tueruntur Vival. in candelabro aureo, sub tit. de abs. n. 13. & in explic. Bulla Cœnae, n. 141. Claud. Sol. in tr. de juridica potest. Confess. c. 3. q. 1. Henr. lib. 6. cap. 14. §. 7. Egid. de Coninch. de cens. disp. 14. n. 243. vers. nota dubium esse, & de sacram. Pœnit. disp. 8. n. 87. quos refert, & sequitur Molf. in sum. Theolog. Moralis, tr. 7. c. 16. à n. 29. ubi n. 14. observat ob veritatem opinionum standum esse consuetudini, ut qui solent absolvere absolvant, & qui non solent, abstineant, præcipue in partibus propinquis Roma, ut iutiorem partem eligant, & ita rescriptum sibi fuisse ab urbe Roma attestatur.

45 Advertendum maximè est quod à censuris incursis propter ingressum ad monasterium Monialium non potest Episcopus absolvere, etiamsi delictum sit occultum, quia ita declaravit sacra Congreg. teste Aloys. Ricc. in praxi fori Eccl. dec. 648. in 1. edit. & resol. 544 n. 5. in 2. edit. Nicol. Garc. p. 11. c. 10. n. 122. Armendar. d. lib. 7. de irreg. n. 23. Iacob de Graff. de casib. reserv. c. 5. post n. 6 Læl. Zech. in simili tr. cas. 10. n. 1. Chapeau. eod. tr. c. 14. q. 2. Gavant. in man. Ep. verb. absoluto n. 15. Marchin. d. p. 9. c. 3. n. 3. Alzed. d. p. 2. cap. 6. num. 21. & 22.

Contra Bonac. de clausura Religiosorum, & pœnis eam violentibus impositis, q. 1. punct. 5. n. 1. Boss. in tr. de Jubilao. sect. 1. cas. 10. §. 5. n. 144. pag. 54. Diana mor. p. 1. tr. 16. resol. 33. existimantes posse Episcopum virtute Concil. Trident. citato loco, absolvere à censura incursa ob violationem clausuræ ob malum finem etiam occultum.

A suspensione tamen à Divinis, quam incurunt Religiosi admittentes fœminas, si sit occulta, posse Episcopum absolvere virtute Concil. Trid. d. c. 6. resoluit Sanch. in præcepta Decalogi tom. 2. lib. 6. c. 17. num. 14. in princ.

Homicidium voluntarium quod dicatur, ad hoc ut in irregularitatibus ex eo provenientibus Episcopus dispensandi facultatem non habeat?

46 In proposito, & hoc respectu illud tantum dicitur homicidium voluntarium, quod est illicitum, intentum, & volitum in se. Ita Navar. in manual.

cap. 27. n. 240. Fr. Emman. quæst. Regular. tom. 1. q. 24. art. 9. Covar. in Clem. si furiosus, p. 2. in initio, & §. 1. num. 2. Veg. in espejo de Curas, c. 12. num. 325. Ludov. Lopez in instr. conscient. tom. 2. par. 2. c. 28. in princ. Avil. de cens. part. 7. disp. 3. dub. 7. & disp. 6. sect. 1. dub. 1. Vgolin. eod. tr. tit. de irregular. c. 33. Suar. eod. tr. tom. 3. disp. 44 sect. 2. & disp. 45. sect. 2. Sayt. d. tr. lib. 7 c. 7. n. . cum seq. Fr. Emman. in sum. tom. 2. c. 179. cum seq. Vasq. 1. 2. disp. 10. n. 59. Anton. Roch. de visitat. verb. homicidio voluntario, Molin. de justit. tr. 3. disp. 33. & 39. Martin. Bonac. tr. de contrahitibus, disp. 2 q. ult. punct. 2. n. 1. Aloys. Ricc. in praxi fori Eccles. ref. 519. in 1. edit. & ref. 446. in 2. edit. Campan. in divers. Iuris Canon. rub. 11. cap. 23. n. 137. Mitanda in man. Prælat. tom. 2. q. 8. art. 9. concl. unic. Hieron. Roderic. d. resol. 52. num. 24.

Primò ex dictis infertur Episcopum vigore facultatis Concilij dict. c. 6. posse dispense in irregularitate proveniente ex homicidio lito, vel facto autoritate legitima, & justa causa, nempe illo, quod procedit ex defectu lenitatis, quale judices, certique ministri justitiae proprium officium justè exquentes committunt, quod neque culpabile, neque injustum appareat. Quare ita tenent Covar. in Clem. si furiosus, part. 1 §. 3. num. 7 in fine, Navar. dict. c. 27. num. 140. versic. quarto, & in rub. de judic. num. 109. vers. tertio, cum seqq. Hieron. Roder. d. resol. 52. in tract. n. 59. & resol. 81. num. 3. Ioan. de la Cruz in direct. part. 2. de irregular. dub. 9. conclus. 1. Navar. de jure novo Pontif. conclus. 81. n. 3. Roch. Veron. de visitat. verb. homicidium voluntarium, Polanc. in direct. Conf. tr. de irregular. reg. 3. Machado in su perfetto Confessor. lib. 2. p. 3. tr. 17. docum. 2. pag. 215. Marchin. d. tr. 1. p. 9. c. 2. me citato in hoc loco, Alzed. d. p. 2. c. 6. n. 47. Campan. in divers. Iuris Canonici, rub. 11. c. 23. n. 138. & ita etiam concludit F. Eminan. dict. quæst. 24. art. 8. rejecta contraria opinione, quam antea firmaverat in sum. part. 1. cap. 174. ob illam rationem, quod Concil. dict. cap. 6. facultatem tribuerit Episcopis dispensandi in irregularitatibus provenientibus ex delictis occultis; ergo non concessit in proveniente ex homicidio justo, in quo nullum adest delictum: idem tenet Vival. in candelabro aureo, part. 2. tit. de irregul. §. d. dispens. quoad fratres, n. 326. & 327. dicens ita practicari. Medin. in sum. part. 2. cap. 11. §. 12. dicens esse multorum Doctorum opinionem, & Majol. de irregul. lib. 5. cap. 38. §. 6. assertens, quod homicidium voluntarium, cum irregularitas soli Papæ reservatur, & cum non comprehenditur in jubilæis, ac in aliis privilegiis concedentibus facultatem ad dispensandum in irregularitatibus, solūmodo comprehendit illud homicidium, quod est prohibitum, atque illicitum; quia, inquit, homicidium significat factum injustum, quod prohibetur per quintum præceptum Decalogi. Idem etiam tenet Bañes 2. 2. quæst. 40. art. 2. dub. 4. ubi agendo de Prælatis Regularibus dicit posse illos dispensare cum sibi subditis, qui in bello justo occiderunt aliquem, cum hoc homicidium non sit illud homicidium voluntarium, ratione cuius contrahitur irregularitas solūmodo per Summum Pontificem dispensabilis, novissimè Ioan. Machado in tract. del perfetto Confessor y Cura de almas, lib. 1. part. 3. tract. 17. docum. 12. num. 3. ubi tenet ex irregularitate quæ contrahitur ex homicidio justo, & quod procedit ex defectu lenitatis, posse Episcopum dispensare virtute Concilij Trid. in dict. cap. 6. cuius exceptionem de homicidio voluntario intelligendam esse ait de injusto. Quamvis contrarium, immo Episcopum non posse in homicidio voluntario injusto, dispensare, resolvant Iacob. de Graffis in decis. aureis, par. 1. cap. 11. n. 8. Molina tract. 3. disp. 79. n. 8. vers. 4. Zerola in praxi Episcop. part. 1.

part. 1. verb. irregularitas, §. 8. Vega in sum. part. 1. cap. 56. cas. 6. & cap. 127. casu 27. & part. 2. c. 15. casu 40. & en espejo de Curas. cap. 11. num. 187. & cap. 12. n. 323. Ugolin. de irregular. cap. 33. §. 1. num. 1. & c. 44. §. 2. num. 4. & cap. 62. §. 2. num. 5. Avila de Censur. p. 7. disp. 6. scit. 5. dub. 1. Gutier. Canon. lib. 2. cap. 6. n. 170. Praepos. in 3. part. quest. 5. de irregul. dub. 13. num. 112. Filiuc. tom. 1. tract. 19. cap. 10. num. 28. Hurtad. de Censur. disp. 2. de irregul. diffic. 20. n. 56. Tanner. in 3. par. disp. 6. quest. 10. dub. 11. num. 113. Gavant. in Enchirid. Episcop. verb. Irregularitas, num. 105. Molin. de justit. tom. 4. tract. 3. disp. 79. num. 8. Homobon. de examine Ecclesiast. tract. 12. c. 3. quaf. 13. resolut. 2. in fine. Nicol. Garcia de benefic. part. 7. cap. 11. n. 40. Henriquez in sum. lib. 14. cap. 9. §. 3. & c. 19. §. 4. in comment. litt. K. Navar. mihi visus sibi contrarius, consil. 34. sub tit. de homicid. in antiq. & consil. 39. in novis, ubi tenaciter hanc partem defendit, asserens pro hac parte facere consuetudinem totius Orbis petendi illam à Papa: refert Sayr. in floribus decis. sub tit. de homicidio, decis. 32. Sic etiam dicerem posse Episcopum dispensare cum Clerico in Sacris constituto pugnante, & occidente in bello justo, ut tenent Ban. 2. 2. q. 40. art. 2. dub. 4. Henriq. d. cap. 19. §. 4. Avila part. 7. disp. 6. scit. 5. dub. 5. Contra Bonacinam de censur. disp. 7. quest. 4. punct. 4. n. 13. & punct. vlt. n. 10. Cornejo in 3. p. D. Thom. tract. 5. de irreg. dub. 13. n. 111. Diana p. 4. tract. 2. resol. 69. & 79. existimantes solum summum Pont. posse dispensare. Vide etiam Aragon. 22. quest. 64. art. 8. & Salon. ibidem, controv. 4. concl. ult. melius tenent Villalob. in sum. tom. 1. tract. 21. differ. 18. n. 10. Diana in resolut. moral. part. 4. tract. 2. resol. 70. Candid. disquis. moral. disp. 17. art. 15. dub. 4. Joan Machado d. docum. 12. n. 4. quod omnes privilegium habentes dispensandi in quibuscumque irregularitatibus, excepto homicidio voluntario, dispensare possunt in irregularitate, quæ provenit ex homicidio justo, & ex defectu lenitatis. Item etiam cum eo, qui vertit infirmum intentione accelerandæ mortis, ne tandem patiatur, ut tenent Avila d. dub. 5. ad finem, contra Henriq. d. cap. 19. §. 3. Nam homicidium voluntarium, de quo similiter agit Concil. sess. 14. cap. 17. illud est, quod illicite, per insidias, & ex proposito fit; Concil. enim d. loco, iterum, ac multoties repetit hujusmodi particulas, per industriam, per insidias, ex proposito, propria voluntate, &c. ad insinuandum quod hujusmodi homicidium, de quo loquitur, & cuius irregularitas dicitur ibidem quod sit Summo Pontif. reservata, debet esse illicitum, intentum, ac volitum, sive voluntarium in se, aut saltem æquipollenter in sua causa, prout asserunt Nicol. Garcia d. cap. 11. num. 44. Aloys. Ricc. in d. praxi, decis. 5. 19. in 1. edit. & resolut. 446. num. 2. in 2. edit. Turrian. de censur. lib. 8. disput. 63. dub. 1. Diana part. 4. tract. 2. resol. 72. Hinc licet Suar. Filiuc. & alij, quos sequitur Bonacin. de censur. disput. 7. quest. 4. punct. 5. num. 13. in fin. existimaverint solum Summum Pont. dispensare posse in irregularitate proveniente ex assistentia in bello injusto, & illius cooperatione, quamvis nullum occiderit, aut mutilaverit; nihilominus contrarium verius est, dummodo suis manibus nullum homicidium commiserit, aut membris mutilationem, ut novissime sentit Joan. Machado d. docum. 12. num. 2.

<sup>48</sup> Secundò infertur, Episcopum dispensare posse in irregularitate, ex homicidio casuali proveniente, modò delictum sit occultum, ex eo quia Concil. Trident. d. cap. 6. Episcopis potestatem dispensandi concedit in irregularitate ex delicto occulto, excepto homicidio voluntario; sed homicidium casual non est propriè voluntarium: ergo Episcopus potest dispensare in irregularitate proveniente ex homicidi.

Barbosa de Episcop. Pars II.

dio casuali, modò sit occultum. Sic resolvunt Miranda d. q. 8. art. 13. conclus. 2. & 3. Alzed. d. part. 2. c. 6. num. 6. Nicol. Garc. de benefic. part. 7. cap. 11. num. 27. me citato in hoc loco, Marchin. d. part. 9. diffic. 3. n. 9. ubi extendit sive homicidium casual sit occultum, sive publicum, & notorium, & ad hoc citat Navarr. consil. 45. num. 1. de homicid. Henriq. in sum. lib. 14. c. 19. §. 2. & in commento lit. R. Sayr. de censur. l. 7. c. 7. num. 10. & Avila in simili tract. part. 7. disp. 6. scit. 5. dub. 2. concil. 3. Vnde deducitur non solum licere Episcopo dispensare in irregularitate orta ex homicidio casuali, ut dictum est, sed etiam in homicidio volito, non ex consilio, aut matura deliberatione facto, sed ex repentina ira, vel rixa. Ita contra Suar. de censur. disp. 44. scit. 1. num. 3. resolvunt Avila dict. part. 7. disp. 6. scit. 2. dub. 1. & scit. 5. dub. 5. concil. 2. Fr. Emman. in summa. part. 1. cap. 177. n. 2. Diana moral. resolut. part. 1. tract. 15. resol. 19. Marchin. d. tract. 1. part. 9. diffic. 3. num. 10. nam, ut advertit Stephanus Dalvin. dict. tract. de potestate Episcop. cap. 26. n. 5. et si multi sciant id factum esse delictum, & videant fieri, sed nesciant censuram ob id incurri, poterit sanè in ea dispensari, & n. 6. ex Emman. Sà colligit, quod si dubitetur in quam censuram incurrit, super eo dispensare potest intrepidè Episcopus, & novissime Joan. Machado in tract. del. perfecto Confessor y Cura de Almas, lib. 1. p. 3. tract. 16. docum. 13. ibi, Quando el homicidio es verdadera y formalmente involuntario y casual, como si siendo un hombre à caballo se le rompieren las riendas, y atropelasse alguno, ya hemos dicho otras que del mismo derecho contra que del no proviene irregularidad, y per consiguiente no necesita dispensacion, aunque Mayolo siente por derecho nuevo del Concilio Tridentino es necessaria dispensacion, &c. Quibus autem casibus incurritur irregularitas ex homicidio casuali, vide eundem Joan. Machado d. tr. 16. docum. 11. per tot.

Tertiò infertur, posse Episcopum dispensare in mutilatione membra etiam voluntaria, si est occulta, in qua nihil innovavit Concil. d. cap. 6. quod solum exceptit homicidium voluntarium, sub qua exceptione non intelligitur mutilatio voluntaria, cum vere non sit homicidium. Ita Navarr. in man. cap. 27. n. 194. Sà verb. Irregularitas, in fine, Marc. Anton. Genuens. in praxi Archiep. cap. 66. n. 9. in 2. edit. Cardin. Tol. in sum. lib. 1. cap. 88. vers. 6. & cap. 89. num. 3. Fr. Emman. quest. Regul. tom. 1. q. 24. art. 10. & in addit. ad Bullam Craciata, §. 13. num. 6. Piasc. in praxi nova Episcop. part. 1. c. 1. n. 57. Suar. tom. 5. disput. 44. scit. 2. n. 4. & scit. 4. n. 35. Molina de Iustitia, tom. 4. disp. 79. sub num. 8. Valer. Reginald. in paxi fori paenit. lib. 30. tract. 2. num. 91. me citato in hoc loco, Alzed. d. part. 2. cap. 6. n. 2. Fr. Ludov. Mitanda dict. quest. 8. art. 11. Coninch. de Sacramentis, & censur. tom. 2. disp. 18. dub. 8. Avila de censuris part. 7. disput. 6. scit. 5. dub. 4. Bonacina de Censuris disput. 7. quest. 4. puncto ultimo. n. 11. Villalob. in sum. part. 1. tract. 21. diffic. 9. num. 16. Hieron. Roder. d. resol. 52. num. 26. Portel. in dub. Regularib. verb. dispensare, n. 7. & 9. Barthol. de Vecchis d. disput. 9. dub. 17. num. 1. Gavant. in Enchirid. Episcop. verb. irregularitas, n. 108. Filiuc. tom. 1. tr. 20. cap. 2. num. 51. Homobon. de examin. Eccles. part. 1. tract. 12. cap. 3. quest. 10. Portel. in dub. reg. verb. dispensare, n. 7. & 9. Navar. de Inre novo Pontif. conclus. 81. n. 16. Hurtad. de censur. disput. 2. de irregul. diffic. 20. n. 66. Alzed. in praxi Episcop. part. 2. c. 6. num. 2. Diana part. 4. tract. 2. resol. 71. Marchin. d. tract. 1. part. 9. diffic. 3. num. 7. & super hoc latam esse à sacra Congregat. declarationem referunt Armenatiz in addit. ad recopil. legum Navarra, ad l. 1. tit. 28. lib. 7. de Regul. in declarat. num. 14. Nicol. Garcia de benefic. part. 7. cap. 11. num. 30. cum seqq. Campan. Mm. 2. dict.

dict. cap. 23. num. 143. Aloys. Ricc. d. resolut. 447. n. 4. Miranda d. q. 8. art. 11. me citato in hoc loco, Homobon. de examine Ecclesiast. tract. 12. cap. 3. qu. 10. ref. 5. questionis p. 438. Ioan. Machado d. lib. 1. part. 2. tr. 17. docum. 12. num. 7. ubi afferit me pro hac opinione sexdecim hoc in loco citasse Doctores. Licet contrarium tueantur Medina in sum lib. 1. cap. 12. & alii, quos refert, & sequitur Sanchez in precepta Decalogi tom. 1. lib. 1. cap. 10. n. 40. & Francisc. Leo par. 2. c. 8. num. 8.

**50** Quartò infertur posse Episcopum cum illo dispensare, qui aliquem hominem occidit, non intendens occidere, cum hujusmodi homicidium casuale dicatur; nam qui facit aliquid unde sequuta sit mortis, non tamen facit animo inferendi mortem, incurrit irregularitatem ex homicidio casuali provenientem. Ita Navarr. in man. c. 27. num. 240. & consil. de homicid. Henr. in sum. lib. 14. cap. 19. § 3. in commento, litt. E, quos referunt, & sequuntur Aloys. Ricc. in praxi rerum fori Eccl. decis. 521. in 1. edit. & resol. 448. n. 2. & 3. in 2. edit. Bonac. d. punct. vlt. n. 7.

**51** Quintò infertur Episcopum posse dispensare cum eo, qui mandauit servo, ut alterum percuteret, sed caveret ne occideret, nam homicidium inde sequens non est propriè voluntartum respectu mandantis, sed est casuale culpabile. Petr. Molin. tom. 4. tract. 3. disput. 3. n. 7. Henr. dict. lib. 14. c. 19. § 3. in comment. litt. E, c. 14. § 2. Bonacina. d. punct. vlt. n. 8. March. d. tr. 1. p. 9. difficult. 3. num. 4. Alzedo d. part. 2. c. 6. num. 4.

**52** Mandans enim homicidium in persona unius, si committatur in persona alterius, non incurrit irregularitatem, quæ contrahitur ex homicidio voluntario, prout referunt decisum Campan. d. c. 23. n. 84. Aloys. Ricc. in praxi aurea, resolut. 412. Et super hoc fertur fuisse in sacra Congregatione propositum dubium his verbis: *An is qui mandavit aliquem baculo vulnerari, eo expresso ne occideretur, si mandatarius armis percusserit, & occiderit, intelligatur incidisse in decretum Concilij sess. 24. de reformat. cap. 6. ut in omni ordinatione à beneficio, & officio, absque spe dispensationis, perpetuò carere debeat?* Congregatio censuit negative, cum Concil. requirat homicidium per industriam, per insidias, & ex proposito: referunt Garcia d. c. 11. n. 44. Aloys. Ricc. in dict. praxi, decis. 519. in 1. edit. & resol. 446. in 2. edit. & in praxi aurea resol. 407. & Neapol. decis. 117. p. 4. Diana resol. moral. p. 1. tract. 15. ref. 17. in fine.

**53** Sextò infertur Episcopum posse dispensare in irregularitate ex homicidio occulto patrato causa defensionis, non servato moderamine inculpatæ tutelle; quia hujusmodi homicidium volitum causâ defensionis, non comprehenditur sub homicidio voluntario, imò potius licet non sit mere necessarium, necessarij vim habet, quatenus vitandæ mortis causa sit. Quamvis Fr. Emman. dict. quest. 8. art. 24. in princ. existimaverit necessarium homicidium comprehendi sub causali, ob illam rationem, quod factum non ex proposito, sit semper casuale, per Aristot. 2. Physic. & propterea contentur respondere textui Concilij Trident. sess. 14. de reformat. c. 7. insinuanti duas prædictas species homicidij, in illis verbis, sed casu, vel vim vi repellendo, & afferit ipse Fr. Emman. prædictam disjunctivam non fuisse appositam causâ distinctionis formalis significandæ inter illa duo homicidia, sed causâ majoris declarationis, præsumt quod in exemplis non est semper rigor loquutionis servandus. Nihilominus prædictis non obstantibus, & salva pace tanti virti, verior amplectenda est Doctorum distinctio plures constituentium homicidij species, ut aliud sit voluntarium, aliud casuale, & aliud necessarium. Ita Petr. Greg. lib. 4. part. juris Canon. tit. 13. cap. 2. Campan. d. cap. 23. n. 31. Quare

hande illationem tenent Navarr. in man. cap. 27. num. 239. Henr. quez lib. 14. cap. 10. n. 2. Valentia tom. 4. disput. 7. quest. 19. punct. 3. § 5. Gut. Canon. lib. 1. cap. 65. num. 13. Paul. Comit. respons. moral. lib. 6. q. 54. num. 3. Ugolin. de officio Episcop. cap. 57. § 2. num. 14. Sayr. de censur. lib. 7. cap. 7. num. 22. Molina d. disput. 79. num. 8. & 11. Avila p. 7. disput. 6. sect. 5. dub. 5. Bannes in 2. 2. D. Thoma. q. 64. art. 8. vers. ad secundum, Fr. Emman. in summa, tom. 1. cap. 173. num. 1. Vega part. 2. cap. 15. casu 23. vers. nota, me citato in hoc loco, Marchin. d. tr. 1. part. 9. difficult. 3. num. 4. & Alzedo d. part. 2. c. 6. d. num. 13.

Nec videtur obstat Conciliaris Constitutio, quatenus habet committendam Ordinario loci facultatem dispensandi in irregularitate contracta ob homicidium commissum vim vi repellendo. Primo Bonacina d. q. 4. punct. ultim. num. 9. dicit illam non agere de homicidio occulto, sed publico, ut patet ex illis verbis ibi, qui non nisi causa cognita, & probatis precibus, &c. item aliter respondet Concil. scilicet loqui de dispensatione in foto externo, at vero nostram sexti Corollarij resolutionem de dispensatione in foto conscientiae, juxta cap. 6. sess. 24. de reformat. Secundo Majol. de irregul. lib. 1. c. 2. num. 10. vers. 10. & lib. 5. cap. 48. num. 10. & 11. dicit dispositionem Concilij sess. 14. cap. 7. procedere in quocumque homicidio, etiam vim vi repellendo commisso contra Clement. si furiosus, de homicid. Tertiò denique, & melius dicendum est, eam non loqui de illo homicida, qui occidit ob inevitabilem necessitatem defendendi vitam, quia talis nullatenus est irregularis, ex d. Clem. si furiosus, junctis resolutis per Aloys. Ricc. in collect. decis. part. 4. collect. 9. o. Franc. Leo thesauro fori Eccles. part. 3. cap. 9. num. 29. Campan. divers. Inris Canon. rub. 11. cap. 23. num. 51. Bonacina d. disput. 7. q. 4. punct. 6. num. 3. cum seq. Alzedo d. p. 1. cap. 6. num. 14. Sed agere de eo, qui eget dispensatione, & per consequens de eo, qui in se defendendo excessit moderamen inculpatæ tutelæ: talis enim fit irregularis, quamvis non ea irregularitate, quæ est indispesabilis, nisi à Papa sed illa quæ ab Episcopo dispensari potest. Ita Sayr. d. cap. 7. num. 22. & decis. 9. de homicid. Paul. Comit. respons. moral. lib. 6. q. 54. n. 3. Jacob. de Graffis in aureis decis. part. 1. lib. 2. cap. 65. num. 13. ubi resolvit quod excedens modum in se defendendo fit irregularis ea irregularitate, quæ potest ab Episcopo causa cognita dispensari, & circa intellectum d. cap. 7. latius Valer. Reginaldus in praxi fori paenitent lib. 30 tract. 2. n. 11. Coninc. de Sacrament. & censur. tom. 2. disput. 18. à num. 83. latissime Cened. practicar. questionum lib. 1. q. 24. num. 13. cum sequenti, optimè Petrus de Ledesma in summa part. 2. tract. 8. de justit. commutat. cap. 18. concl. 14. difficultate 1. Bellet. disquisit. cleric. p. 1. tit. de disciplina clericali. § 5. num. 109. cum seq.

Vnde sciendum est, quod quando propter inevitabilem necessitatem curandi propriam personam commisit quis homicidium, moderamen inculpatæ tutelæ transgrediendo, irregularis est per cap. significasti, il 2. ibique notant, glos. & Doct. de homicidio. Covat. in Clem. si furiosus, p. 3. § 1. n. 1. in fine, Jacob. de Graffis d. n. 13. præcipue si dolo, & ex proposito excedat. Farinac. d. q. 123. num. 418. Hinc irregularis est, qui percusserem ab eo fugientem occiderit, propter excessum, glos. vers. secularibus, in c. 3. de homicid. Paul. Comit. respons. moral. lib. 4. q. 10. n. 12. Farin. d. q. 125. num. 385. quin & pro homicidio punitur, sed extraordinaria pena judicis arbitrio imponenda, ex resolutis per Dec. in l. ut vim. num. 18. ff. de just. & jur. Clar. §. homicidium, num. 27. ubi Bajar. n. 90. Menoch. de arbitr. casu 268. idque tametsi modum praefatum inculpatæ tutelæ excessisset, tam ob culpm, quam si propriæ

56 propter dolum, ut firmant Bertrand. cons. 274. vol. 1. p. 1. Clar. d. cap. 27.

Nam qui occidit invasorem, quando non potest aliter se defendere, non fit irregularis, quamvis invasorem occidat ex odio, & cum intentione sumendi vindictae, ut per Molin. de justit. tom. 4. tract. 3. disp. 72. n. 8. Petr. Navar. lib. 2. de restit. cap. 3. num. 327. Bonacina d. disp. 7. q. 4. punct. 6. vers. dixi etiamsi occidat, Farin. d. q. 125. n. 382. me citato in hoc loco, novissime Torreblanca in practic. Iuris spirit. lib. 2. cap. 9. n. 61. Tunc vero dicitur quis tali moderamine uti, qui se non poterat defendere, aut tueri, nisi eo modo, quo se defendit, ut ait Bertran. d. cons. 274. num. 14. per tex. in l. scientiam, §. qui cùn aliter, ff. ad legem Aquil Batt. & alij in l. 1. C. unde vi.

57 Moderamen inculpatæ tutelæ consistit circa modum, tempus, & causam, ut advertunt Abb. in c. olim, il 1. n. 15. de restit. spol. K. cou. tom. 2. comm. opin. lib. 9. tit. 10. n. 13. vers. sed primo, Sayt de censur. lib. 6. cap. 17. à n. 7. Farinac. in praxi crimin. q. 125. n. 350. cum seqq. Christoph. de Paz in scholiis ad leges stylis, l. 58. n. 5. Petr. Cabal. in tract de omni genere homicidij, num. 94. Rebel. de oblig. justit. part. 1. lib. 3. q. 12. n. 7. Azot. instit. mor. part. 3. lib. 2. c. 1. q. 2. Bernard Grevæ. ad practicam Camera Imper. lib. 2. concl. 1. 10. consider. 1. à num. 9.

58 Dicitur moderamen inculpatæ tutelæ excedi, si aliquibus feriat armis invasorem sine armis, quando invasor provocato robustior, & ferocior esset, ut tenet Bernard. Grevæ. d. et. consid. 1. num. 12. & 13. vbi num. 18. resolvit, quod invalidus à foemina non tenetur adhibere priuora arma, nisi moderatus egerit, vel masculus sit minutus, & trepidi animi, foemina vero fetox. In dubio enim robustior præsumitur aggressor, ex Tiraquel. de jure primog. q. 17. opin. 8. n. 7. & 8. Goinez variar. tom. 3. cap. 3. num. 25. Probatio excessus accusatori injuncta est, ut tenent Hoveded. decis. consultiva 99. num. 14 & 15. Viu. Neapol. decis. 458. num. 8. Bernard. Grevæ. d. consid. 1. à num. 44. Defensionem satis est probare, ut ejus necessitas probata censeatur, quamvis de necessitate non articuletur, Barb. tom. 2. communium opin. lib. 9. tit. 10. n. 19. & ibi Mich. Crass. num. 45. Farin. in praxi crimin. q. 125. num. 428. vers. limita secundò.

59 Circa vero dispensationem respectu fori exterioris non prohibebatur Antistes à luce communi illa concedere homicidæ voluntario ad minores Ordines consequendos, simpliciaque obtinenda beneficia, secundum Anan. in cap. 2. num. 5 vbi Host. Ioan. Andr. & Butt. ac Abb. n. 5. de clericis pugnantibus in duello. Hodie tamen Episcopus dispensare non potest in irregularitatibus provenientibus ex homicidio voluntario occulto, aut manifesto, neque ad Ordines minores, nec ad simplex beneficium obtinendum. Ita Navar. in man. cap. 27. n. 194. vers. 7. & n. 240. vers. 4. & cons. 17. de homicidio, n. 2. Greg. de Valentia tom. 4. disp. 7. q. 19. punct. 3. §. 5. Petr. de Aragon. 2. 2. q. 64. art. 8. in fine, Tolet. in sum. lib. 1. c. 31. Sayr. de censur lib. 6. cap. 7. num. 14. & 15. Henriq. in sum. lib. 14. cap. 19. §. 1. lit. D. Farinac. in praxi criminali p. 5. q. 119. num. 62. me citato in hoc loco, Alzed. dict. p. 2. cap. 6. num. 9 novissime Ioan. Machado in tract. del perfetto Confessor y cura de almas, lib. 1. p. 5. tract. 16. docum. 10. num. 4. † Homicida enim est irregularis, nec ad Ordines promoveri potest, cap. final. de tempor. o. dinat. cap. de cetero. de homicid. Concil. Trident. sess. 14. de reformat. cap. 7. ibi. sed omni ordine, etiam de minori intelligunt Cov. in Clem. si furiosus, p. 2. §. 5. num. 6. in fine, plures quos refert Aloys. Ricc. in praxi aurea. ref. 404 n. 2. Henr. d. §. 1. litt. D. Neque deinde in susceptis ministrante potest, d. cap. 3. de clericis pugnantib. c. suscepimus, de homicidio, Nicol. Garc de benef. p. 7. cap. 11. num. 6.

Barbos. de Episcop. Pars II.

An autem hodie possint Episcopi dispensare cum homicida voluntario ad retinendum Curatum, affirmatively respondent Sayr. in floribus decis. sub tit. offic. Ordin. decis. 13. Zerola in praxi Episc. p. 2. verb. dispensatio, §. 3. Navar. consil. 13. de offic. Ordin. in antiqua, alias cons. 45. sub titul. de homicid. in novis. Sed haec opinio nullo modo recipienda est ex eiusdem Concil. verbis simpliciter proh bentiibus Episcopis facultatem dispensandi cum homicida voluntario, nec distinguenteribus ad beneficia, vel ad Ordines, quinimò expressè loquentibus de utrisque, in illis verbis ibi. nec il i aliqua Ecclesiastica beneficia, etiam si curam non habeant animarum conferre liceat, sed omni Ordine, ac beneficio, & officio Ecclesiastico perpetuò careat. Ideo si quis omne dicit, nihil excipit, ex Iuris regula, certè dum in eodem capite sancitur, ut omni Ordine perpetuò careant, non esse ejus dispositionem ad Sacros tantum, aut Curata beneficia restringendam, sed ad minores etiam, aut simplicia extendendam tenent Navar. consil. 18. incip. Quidam clericus, num 3. de homicid. in antiqua. & consil. 13. in novis. Sayr. in suis decis. sub dict. tit. de homicid. decis. 19. Auila de censur. part. 7. disp. 6. sect. 5. dub. 3. vers. secunda conclusio, & firmat Covar. in cap. alma mater, part. 2. §. 7. n. 1. Quamvis circa suscepitos, & suscipiendos Ordines distinctionem faciat Zerol. in praxi Episcop. ubi proximè, & videatur firmare Henr. dict. cap. 19 n. 1. & circa beneficia obtenta ante, & post irregularitatem, Fr. Ludovic. Miranda dict. q. 8. art. 12. Decretum tamen Concilij Trident. sess. 14. de reform. c. 7. quod loquitur de incapacitate beneficiorum, in qua sunt homicidæ, non extendi ad pensiones, refertur dictum Nicol. Garc. de benefic. p. 1. c. 5. n. 136. & Armendar. d. lib. 1. tit. 18. l. 7. de irregul. p. 5.

Quod si occultum homicidium non sit in se voluntarium, sed justum, vel casuale, exequorum sine diligentia, poterit etiam post Concilium dispensare adhuc in foro exteriori, quilibet Antistes pro minorebus Ordinibus, & simplicibus beneficiis: tum quia Concil. dict. cap. 6. prohibet tantum ne Episc. op. dispensent cum homicida voluntario; idcirco ejus non est extendenda dispositio ad alios homicidas. Ita Henr. dict. lib. 14. cap. 9. §. 3. & cap. 19. §. 2. litter. X. Nicol. Garc. dict. part. 7. cap. 1. num. 54. Campan. in divers. Iuris Canonici, rub. 1. cap. 23. num. 13. 1. & 142. Fr. Ludovic. Miranda dict. quest. 8. art. 13. conclus. 2. Zerol. in praxi Episcop. part. 2. verb. dispensatio, Bonac. de censur. d. sp. 7. q. 4. pu. & o. ult. num. 4. Homobon. de Bonis de examine Ecclesiast. tractat. 3. q. 69. in fine, part. 1.

Summus vero Pontifex dispensare potest in quilibet irregularitate proveniente ex homicidio justo, vel injusto, voluntario, vel casuali, ex eo quia omnis irregularitas à luce ipso Ecclesiastico introducta est, prout resoluunt Bonacina de censur disput. 7. quest. 1. punct. 1. num. 1. Covar. in Clement. si furiosus, p. 2. §. 3. n. 5. Navar. in man. cap. 27. n. 191. & ad cap. 1. §. Quibus, num. 10. de penitent. distinct. 7. Henr. dict. lib. 14. cap. 1. §. 3. Campanil. dict. cap. 23. num. 3. & 4. tum quia sic colliguntur ex Tridentin. sess. 3. cap. 6. Quare ita resoluunt Molin. de justit. tom. 4. disp. 79. Vgolin. de irregul. c. 3. 2. Suar. de censur. disp. 44. sect. 4. num. 35. Auila eodem tr. part. 7. disp. 6. sect. 3. Bonacina d. disp. 7. q. 4. puncto ult. n. 1. Rejecta illa perinqua, & temeraria opinione, quæ credit minimè licere Papæ dispensare in irregularitate proveniente ex homicidio voluntario, quam tenuit Borgas. in tract. de irregul. p. 1. in princip. quest. 3.

Est tamen in hac re distinguendum, an sit concedenda dispensatio in ista irregularitate procedente ex homicidio, quandoquidem ubi illud patratum est precedente mera, & directa voluntate occidendi,

præter peccatum, est indispensabile, quia negat in ea dispensationem Concil. Trident. sess. 34. de reformat. cap. 7. in illis verbis, ibi, *perpetuo careat*; & per argumentum à contrario sensu, quatenus in ejus calce permittit concedi dispensationem, si illud commissum fuerit absque voluntate directa occidendi: hujus namque cap. verba non operantur omnimodam impossibilitatem dispensandi, sed difficultatem præmaximam, cum qua esset illa quandoque concedenda in mentionato casu, juxta notata per Henr. lib. 14. cap. 14. §. 2. In ceteris tamen homicidij speciebus æquior est Papæ voluntas, qui in illius facilius consuevit dispensationes clargiri, si in illis contrahatur irregularitas, & probatur ex text. in d. cap. 7. vers. si vero homicidium, dicit. sess. 14. dum namque in ejus calce præcipit committi loci Ordinario, qui non nisi causa cognita, & probatis precibus, ac narratis, nec aliter dispensare possit, aperiè insinuat requiri supremi Præsulis auctoritatem, sine qua non licet Ordinario clargiri dispensationem, Maiol. de irregularit. lib. 5. c. 48. §. 3. sub num. 18. Henr. in sum. lib. 14. cap. 19. §. 1. & ita intelligendus est Sayr. de censuris lib. 7. cap. 7. sub num. 8. indefinitè loquens. Nec contradicunt quæ Mar. Antonin. variar. lib. 3. resolut. 16. sub num. 20. vers. Octavus; quia vindicant sibi locum in homicidio occulto, & irregularitate ab illo causam habente, quo quidem casu militat dispositio, cap. 6. sess. 24. de reform. ad cuius adimplementum satis est, si illa non oriatur ex homicidio voluntario, ac delictum non sit deductum ad forum contentiosum; ut possit dispense Præsul.

## ALLEGATIO XL.

Episcopus virtute Concilij Tridentini  
an possit absolvere occultos  
hæreticos?

## SUMMARIUM.

- 1 Occultum per se, sive absolvè dicitur, quod nihil habet unde possit ab hominibus cognosci.
- 2 Occultum per accidens est, quod extrinsecus progressitur, sed à nemine auditur.
- 3 Occulatum, sive secretum dicitur, quod plenè probari non potest.
- 4 Hæretici occuli qualiter dicantur.
- 5 Hæretici purè occuli possunt absolvī non solum ab Episcopis, quibus subsunt, sed etiam à quolibet Confessario per suum Superiorem approbato.
- 6 Hæretici omnino occulti, & purè mentales non sunt ipso jure excommunicati, neque incident in pœnas contra hæreticos statutas.
- 7 Canonistæ contrarium tuentur, sed illorum fundamentis respondetur.
- 8 Cap. 1. §. verū quia, de hæret. declaratur.
- 9 Concil. Trident. sess. 24. de reform. cap. 6. in fine, non intelligitur de hæreticis occulti simpliciter, & per se.
- 10 Hæretici occulti per accidens, & à fortiori qui tales probari possunt, in excommunicationem, & alias pœnas per Ecclesiam adversus hæreticos latas ineidunt.
- 11 Hæretici occulti per accidens, & qui tales probari possunt comprehenduntur in cap. 1. processus Bullæ in Cœna Domini.
- 12 Confessarij non possunt absolvere hæreticos occultos per accidens, & manifestos, seu notorios.
- 13 Confessarij de quibus interrogare debent pœnitentes qui tepidi sunt in fide.

- 14 Apostata in absolutione obtinenda sequuntur hereticorum conditionem.
- 15 Apostata sunt hæretici.
- 16 Dubius in Fide quando dicatur hæreticus?
- 17 Hæretici occulti ad hoc ut in excommunicationem incurvant, qualis actus, seu signa, vel opera exteriora facere debeant.
- 18 Hæreticus mentalis, si coram Inquisitoribus occulissimam hæresim confiteatur, vel eam revelet amico, petens ab eo consilium, non incidit in excommunicationem propter illum actum.
- 19 Hæresim occulam confessus non dolens de peccato, in excommunicationem incurrit.
- 20 Hæreticus purè mentalis non est excommunicatus, quamvis per jocum dixerit se aliquando hanc, vel illam hæresim credidisse melius sub distinctione resolvitur.
- 21 Episcopum posse post Concil. Trid. per seipsum, & non persuan Vicarium in foro conscientiae absolvere in sua diæcesi hæreticos sibi subditos, tamen tenent multi Doctores.
- 22 Doctores predicti reprehenduntur.
- 23 Cap. 1. processus Bullæ in Cœna Domini refertur.
- 24 Verior sententia tenet Episcopi esse sublatam facultatem absolvendi occultos hæreticos.
- 25 Episcopi à S. D. N. Papa facultatem petunt absolvendi predictos hæreticos occulti.
- 26 Inquisitores Apostolici, aut eorum Vicarij, sive Commissarij, in foro conscientiae absolvere non possunt occultos hæreticos virtute Extravag. Clement. VII.
- 27 Inquisitoribus Apost. solum in predicta Extravag. tribuitur potestas, ut possint in suo auditorio hæreticos excipere ad secretam abjurationem, & secretas quoque pœnitentias.
- 28 Inquisitores Apostol. an hodie ext ante revocatione facta per processum Bullæ in Cœna Domini, possint absolvere ab hæresi in foro conscientia.
- 29 Absolutus in foro conscientiae à crimen hæresis potest accusari in foro judiciali, nec tueri se potest exceptione recepta pœnitentia in foro interiori.
- 30 Clausula in Libelais apposita, ut, ut Pœnitentes à Confessariis approbatas, quos elegerint, absolvī possint ab omnibus, & quibusvis peccatis. & censuris, etiam Sedi Ap. reservatis, etiam ab illis, que in Bullæ Cœnae Domini continentur, tenent aliqui posse tunc hæreticos emendatos absolvī in foro conscientiae, reservata potestate Inquisitoribus procedendi in foro exteriori.
- 31 Sententia contraria verior est, & in praxi tenenda.
- 32 Hæretorum pœnas in foro interiori non incurvant, licet graviter peccent, qui metu mortis, aut cruciatum, seu tormentorum, vel divitiarum cupidi, se hæreticos fingunt, integrum tamen Fidem in corderetinentes.
- 33 Hæretici dicto modo proximè explicato, cum in excommunicationem incurvant, à quolibet idoneo Confessario absolvī poterunt.
- 34 Episcopis ab Illustriss. DD. Cardinalibus Vrbis, & Orbis generalibus Inquisitoribus quomodo concedatur licentia absolvendi occultos hæreticos?
- 35 Episcopi in recipiendis hæreticis, seu schismatis in locis, seu diæcesibus, in quibus ob multitudinem talium delinquentium ordo judicarius plenè servari non potest, quam practicam, & modum retinere debeant, ostenditur.
- 36 Inquisitores contra hæreticam pravitatem in foro exteriori absolvere possunt quoscumque hæreticos, credentes, fautores, &c. non obstante cujuslibet Canonis, Concilij, aut processus, Bullæ in Cœna Domini decreto.

- 37 Inquisitores hujusmodi sunt viri gravissimi, & aequissimi, ac prudentissimi.
- 38 D. Ferdinandus Martinus Mascarenhas Regni Portugalie generalis Inquisitor laudatur.
- 39 Hæresis delictum pertinet hodie ad Inquisitores, privative ad omnes alios judices non excluso tamen judicio Ordinarij coassistentis Inquisitoribus in causis propriæ ovis.
- 40 Casus directe, & reductivè ad tribunal Sanctionis Inquisitionis spectantes quales, remissivè.
- 41 Confessores, qui in Sacris Confessionibus confitentem ad libidinem provocaverint, uti de hæresi suspecti puniantur ab Inquisitoribus.
- 42 D. Rodericus à Cunha olim Episcopus Portugallensis, nunc Archiepiscopus Bracharensis, & Hispaniarum Primas, utriusque Iuris studiosissimus laudatur.
- 43 Clericus Matrimonium sive clavis, sive publicè contrahens, si in sacris sit constituta Ordinibus, est suspectus de hæresi, & potest puniri per Inquisitores.
- 44 Monachus nuptias contrahens an puniatur per Inquisitores? remissivè.
- 45 Matrimonium contrahens simul cum duabus uxoriis, videtur male sentire de Sacramento, & contra eum, tanquam contra suspectum de hæresi, procedunt Inquisitores.
- 46 Massarum celebrationes usurpantes, & Sacramentum Pœnitentia Christi fidelibus ministrare præsumentes, ad Sacrum Presbyteratus Ordinem minimè promoti, puniuntur per Inquisitores.
- 47 Sodomia criminis punitio ex concessione Gregor. XII. pertinet ad Inquisit. in Regno Portugalie, privativè ad omnes judices, & Superioris Ecclesiasticos, cumulativè tamen ad seculares potestates.
- 48 In Excommunicatione per annum perseverantes, tanquam suspecti de hæresi puniuntur ab Inquisitoribus.
- 49 Indices seculares tenentur Inquisitorum litteras, & illorum mandata celeriter exequi.
- 50 Index secularis in causa hæresis est merus executor nec de processu, nec de sententia, aut mandato Inquisitorum, nec de crimine illo cognoscere potest.
- 51 Inquisitores pœnis, & censuris contra inobedientes procedere possunt.

**R**o vera præsentis questionis explicacione duo à nobis erunt examinanda. Primum, quot modis dicatur hæretici occulti, & quos occultos hæreticos possint Episcopi, & quilibet Confessarij à suis Ordinariis approbati absolvere. Secundum, an facultas absolvendi concessa Episcopis per Concil. Trident. sess. 24, de reform. c. 6. sit eisdem adempta per processum Bullæ in Cœna Domini: Et in casu, quo sit adempta, quomodo se gerente debeant in absolvendis occultis hæreticis?

Quot modis dicantur occulti hæretici, & quos occultos hæreticos poterunt Episcopi, & quilibet Confessarij approbati absolvere?

Quantum ad præsens institutum spectat, trifatiè dicitur aliquid occultum fieri.

<sup>1</sup> Primò dicitur quoddam occultum per se, sive ab solute & simpliciter, quod nihil habet unde possit ab hominibus cognosci, & hoc dicitur occultum cordis, sive mentis, quia solo corde, & mente intus retinetur, nec voce, scripto, opere, aut alio quolibet actu, sive signo exteriori foras, sive extra procedit,

Cajetan. 2.2. quæst. 11. art. 3. & ibidem Petr. de Arag. & Ban. art. 4. Sylvest. in sum. verb. Excommunicatio 7. princ. vers. secunda est. Alphons. de Castro de iusta hæreticorum punit. lib. 2. cap. 18. Simanch. de Cathol. institution. tit. 42. novissimè me citato in hoc loco, Boss. de triplici Iubilei privileg. scđt. 1. casit 10. §. 4. n. 103. cum seq.

Est aliud occultum per accidens, quod extrinsecus progeditur, & natura sua manifestum, & cognitum fieri potest; sed quia desunt qui audiant, vel indicent, occultum & secretum remanet; id tamen contingit quando quis in vasta solitudine solus proficeret hæresim aliquam; talis hæresis occulta per accidens dicitur, quia nemo aderat qui eam audiret, & natura sua intelligi potuit, & probari, cum ad actus exteriores processisset, quamvis ex defectu testimoniis sit occulta per accidens, & probari non possit. Cajet. Alph. de Castr. Simanch. & Boss. dictis locis.

Tertio, & postrem dicitur quid occultum, sive secretum, quod plenè probari non potest, quale est illud, quod unus tantum scit, aut licet ab aliquibus sciatur, sunt tamen singulares, etenim occultum in hac significatione dici potest, quod non manifestum, cap. vestra, de cohabit. cleric. ubi communiter Doctores, & Turcetrem. incap. si peccaverit, 2. q. 1. Simanch. dict. titul. 42. de occultis, numer. 1. Stephan. Alvin. de potest. Episc. cap. 29. n. 3. ubi dicit appellatione hæresis occultæ intelligi eam, quæ non est notoria per evidentiam facti, vel per sententiam Iudicis, vel per proptiam hæretici confessionem in judicio, & quæ item per testes probari nequit, ita ut occultum hoc loco sumendum sit ut à notorio, & publico distinctum est.

Similiter trifatiè potest dici quis occultus, sive secretus hæreticus, aut per se, & simpliciter, aut per accidens, aut quia plenè talis probari nequit, & hæc occulti differentia, ut prudenter Simanchas d. tit. 42. n. 7. observat, recepta est à viris doctissimis, & retinenda in præyi, sicut mox explicabitur.

Si hæretici sunt omnino occulti, id est simpliciter, & per se occulti, quos aliqui purè mentales, sive intellectuales appellant, non modò ab Episcopis, quibus subsunt, sed etiam à quolibet confessario per suum Superiorum approbato, si pœnitent, & confiteantur, perinde absolví poterunt à peccato hæresis mentalis, sicut à quolibet alio mortali crimen: nam crimen hæresis non est reservatum, nisi ratione excommunicationis, quam non habet annexam hæresis omnino occulta, ut mox dicetur. Et hæc sententia verissima est, quam magni viri absque controversia recipiunt, neque hæresis purè mentalis, quæ nunquam prodit in actu exteriorem, ut verè Simanch. affirmat, eget absolutione Inquisitorum, neque abjuratione, aut reconciliatione, sed sufficit eam proprio Sacerdoti confiteri, & ab illo beneficium absolutionis impetriri potest. Ita Cajet. in summa, verb. hæresis, in fine, Vimbertus in opere judiciali, sive in praxi hæreco, verb. hæreticus, n. 24. Simanch. d. tit. 42. n. 11. Petr. de Aragon. d. q. 11. art. 3. §. Sed dubium est quisnam possit, vers. quintò dico, Læl. Zech. de casibus Episcopo reservatis, circa casam ultim. n. 1. vers. hinc est. Diana moral. p. 6. art. 6. resol. 51.

Verissima, & certissima hujus positionis ratio illa est quam præstantes viti sequuntur quoniam hæretici omnino occulti, & purè mentales, quales paulò antea descripsimus, nec sunt ipso jure excommunicari, neque in alias pœnas incident, quæ contra hæreticos statutæ sunt: idque propterea, quia ut concorditer, & verè Theologi docent, Ecclesia militans non ligat, neque judicat actus solum interiores, & purè mentales, neque illos sua jurisdictione prohibet, aut punit, quod ipsum frequenter iura profiten-

tur, è quibus natum est proverbium communiter receptum, Ecclesia non judicat de occultis, & illud, Non habent latentia peccata vindicta, & D. Thom. constanter, & verè affirmavit dicens, de his potest homo legem facere, de quibus potest judicare; judicium autem hominis esse non potest de interioribus, quæ latent, sed solummodo de exterioribus actibus, qui apparent, & idè lex humana non potuit cohibere & ordinare sufficienter interiores actus. ex quibus hereticos omnino occultos non esse excommunicatos quoad Ecclesiam, quamvis sint verè heretici quoad Deum, tenent D. Anton. in sum. part. 3. tit. 24. cap. 4. Petr. Palud. in 4. sentent. dist. 13. quest. 4. art. 1. concl. 8. Angel. Clavas. in sum. verb. hereticus, n. 2. Sylvest. verb. excommunicatio 7. n. 3. & 4. Armil. verb. heresis, num. 1. & 19. Cajet. in sum. verb. heresis, in fine, & d. quest. 11. art. 3. ubi Aragon. & Ban. art. 4. Alphons. de Castro d. cap. 18. & de lege penal. lib. 2. c. fin. Iacob. Almayn. in 4. sentent. dist. 17. quest. 1. Sot. in 4. distinct. 22. q. 2. art. 3. concl. 9. Simanc. d. titul. 42. n. 3. cum sequentib. Covar. in reg. peccatum, 2. part. in initio, num. 7. Navar. in man. cap. 11. num. 17. & c. 27. n. 56. & in cap. cognacionis, de paenit. distinct. 1. & in princ. de Paenit. dist. 5. n. 19. & 20. & in rubr. de iudiciis, num. 67. Rebuff. super Bulla in Cœna Domini, in verb publicè, vel occultè. Buis. consil. 289. incip. In substantione, n. 13. lib. 3. Valent. tom. 2. disput. 7. quest. 5. punct. 7. Henrig. in sum. lib. 14. cap. 4. §. 1. in gloss. lit. D. Iac. de Graffis in aureis decision. lib. 2. cap. 9. num. 3. Anton. Ricciul. de jure person. extra gremium Eccles. existentium lib. 4. c. 10. num. 9. Paul. Layman. in Theolog. moral. lib. 2. tract. 1. c. 14. num. 1. Ugolin. de censuris tab. 1. cap. 9. §. 12. & de irregular. c. 34. in princ. num. 6. & in Bulla Cœna part. 1. cap. 1. §. 1. num. 16. & seq. & §. 4. num. 12. Ludovic. Garc. de legibus lib. 8. disput. 14. Azor. institut. moral. part. 1. l. 5. c. 10. lib. 8. c. 20. q. 3. & c. 19. quest. 4. Avila de censuris p. 1. dub. 10. & part. 7. disput. 2. dub. 1. Sayt. eod. tract. lib. 1. cap. 9. n. 14. & 15. & lib. 3. cap. 4. num. 20. Suar. eod. tract. disput. 4. scilicet. 2. n. 3. & disput. 21. scilicet. 2. & de legib. lib. 3. c. 13. & lib. 4. c. 12. Salas etiam de legibus disputat. 9. scilicet. 1. Sanchez in precepta Decalogi lib. 2. c. 8. n. 1. Nicol. Gare. de benefic. part. 11. c. 10. num. 91. Homobon. de examine Ecclesiast. tract. 6. c. 7. q. 3. Bonacina de censur. disputat. 2. quest. 5. puncto 2. n. 4. & de censuris in Bullam Cœna, disp. 1. quest. 2. puncto 2. n. 1. Duard. ad Bullam Cœna lib. 2. in can. 1. quest. 14. n. 24. Diana resol. moral. p. 4. resol. 240. vers. notandum, novissimè me citatio in hoc loco. Bösl. d. casu 10. num. 107. cum seqq. Castr. Palao de heret. tr. 4. disp. 3. puncto 3. n. 1. novissimè Trullenbach. in exposit. Decal. lib. 1. c. 3. dub. 1. n. 2. & alij multi à prædictis citati, frequenter lura profitentur in c. sicut tuis, in fine cap. tua nos, §. licet autem, de simon. & in cap. erubescat, ubi gloss. 32. distinct. in cap. humana aures 22. q. 5. & in cap. Christiana, 32. quest. 5.

7 Verùm Canonistæ nostri contrariam tuentur sententiam, assertentes hereticum occultum omnino in excommunicationem incurtere, per text. in Clem. 1. §. verùm quia, ubi gloss. verb. eo ipso de hereticis, Panorm. Ioan. Andr. Anan. & Felin. in ultim. de heret. Archidiac. & Geminian. in c. hinc etenim, 49 distinct. Rojas de heret. part. 1. n. 246. Ioannes Vela de paenit. delictor. cap. 14. vers. jure verò Canonicō, Cantera q. criminal. part. 2. cap. 1. Azeved. l. 1. n. 152. tit. 3. lib. 8. nova recopil. Menoch. de arbitr. cas. 360 num. 6. Spin. in speculo testam. gloss. 7. num. 13. cum seq. Ceval. communium contra com. q. 698. Ioannes Medina de oratione. quest. 15. Albert. Pighius lib. 6. de Ecclesiastica hierarch. c. 16. Albertin. tr. de agnoscendis assertionib. q. 33. Cened. ad Decretal. collect. 103. n. 2. novissimè Torreblanca in pract. Juris spirit. lib. 14. c. 10. n. 9.

8 Illi enim putant effici aciter probari suam senten-

tiam ex dist. Clem. §. verum quia, de hereticis, ubi de hereticæ pravitatis Inquisitoribus, qui odio, aut amore aliquid fecerint, contra eos non faciendo, aut aliquid omittendo, quod facere tenentur; aiunt enim odium, & amorem actus esse interiores, & nihilominus ob illos excommunicari judices Fidei. Sed Theologi verè respondent. Inquisitores non incidere in excommunicationem ob solum odium, aut amorem, q. & interius omnino latent, sed eam incurrit ob actus exterioribus, qui ab illis interioribus procedunt, & hic est vetus intellectus illius Clement. ut Cajet. Bann. Castr. & alij docuerunt, & eodem quoque modo respondendum est ad cetera lura adducta per glos. verb. eo ipso, in d. Clem. 1. illa enim lura, & Canones pœnas, sive censuras imponunt actibus interioribus, quatenus per aliqua signa exteriora in publicum prodeunt, aut manifestantur, nec ullum reperitur decretum, quod actibus solum interioribus occultis penitus, ac puiè mentalibus pœnam, ac censuram irtoget.

Cum ergo heretici primo modo occulti, id est simpliciter, & per se occulti seu mentales, non incident in excommunicationem, inde sit, ut non modò ab Episcopis locorum, sed etiam à Confessariis quibusvis approbat, & idoneis absolvit possint, ut paulò antea dictum est, & decretum Concil. Tridentini non est de absolutione horum occulorum accipiendum: frustra enim, & inutiliter concessisset in privilegio, quod jure ordinatio competebat; solum enim de aliis occultis intelligitur, sicut mox dicetur.

Si verò heretici fuerint occulti per accidens, quales sunt qui verbo, scripto, aut aliquo opere, seu facto exteriori heresim protulerunt, in excommunicationem, & alias censuras, seu pœnas per Ecclesiam adversus hereticos latas incident, quoniam eorum heres is jam devenit ad eos actus, ad quos Ecclesiæ jurisdictio pertinet, & ex natura sua iudicio hominum obiectur, quamvis ex defectu testimoniis per accidens occulta, & per signa, & actus exteriores, quæ illam comitantur, nota fieri poterat: ita Cajet dicit q. 1. art. 3. Sylvest. & Alphons. à Castro, Pet. Paludan. D. Anton. Sot. Rebel. dictis locis, Ban. in D. Thom. 2. 2. q. 11. art. 4. quest. 2. conclus. 2. & ibidem Aragon. à num. 3. in princ. verb. hoc supposito. Eadem prorsus ratione, aut multo majori comptobatur hereticos occultos in tertia significazione paulò antea relata omnino incurrite excommunicationem, & alias censuras, & pœnas contra hereticos à lata.

Iuxta has duas postremas occulti significaciones intelligenda est excommunicatione lata in primo cap. processus Bullæ in Cœna Domini, in verb. occultè: hoc enim adverbium, quod, ut rectè Rebuff. advertit, ad omnes ibi nominatos refertur, id est, hereticos, credentes, fautores, receptatores, defensores, & ceteros ibidem contentos, non comprehendit hereticos mentales, ut Navar. observat, aut alios omnino occultos, de quibus nec judicat Ecclesia, sicut idem Rebuff. super Bullam Cœna Domini, verb. publicè, vel occultè, prudenter affimat: isti enim incurrit in excommunicationem, seu censuram ibi contentam, nec in aliam quamlibet à jure humano latam, sed eos tantum occultos ligat, qui heresim protulerunt verbo, scripto, vel nutu, aut signo verbis æquipollenti, licet nemine id audiente, vel videiente, quia sufficit sua natura esse probabile, quamvis contingat probari non posse, ad hoc, ut includatur sub potestate, & jurisdictione humana, & pœnis illius.

Ex prædictis infertur Confessarios non posse absolvere hereticos occultos in secunda, & tertia si-

gnificatione,

gnificatione, hoc est occultos per accidens, & hæreticos manifestos, seu notorios; isti enim revera in excommunicationem incurserunt, cuius absolutio nem Summus Pontifex reservavit, negando, vel adiungendo aliis jurisdictionem super tali casu, ut re stè Cajet. d.q. 11. art. 3. & Navar. in dist. c. cogitationis, de Pœnit. dist. 1. n. 21. vers. tertio infertur, explorare oportet omnes circumstantias, & interrogare prudenter illos præsertim pœnitentes, qui tepidi sunt in Fide, & vieti sæpè temptationibus consentiunt contra Fidem, aut circa eandem vel aliquem ejus articulum voluntariè dubij sunt, & ancipites, utrum etiam cum soli essent, ore, vel scripto, aut alio modo significativo protulerint hæresim, seu infidelitatem suam, quando in ea erant, aut voluntariè dubitaverint de illis, quæ firmiter credere tenebantur, quoniam si aliquo modo significativo, & probabili hæresim mentis detexerint, absolvi non poterunt, cum jam in excommunicationem incidentur. Unde videtur in parte posse defendi resolutionem Iacobi Granado in 2. 2. D. Thomæ, contro v. I. tract. 15. disp. 13. num. 14. dum existimat contingere posse ut quis exteriorius proferat hæresim internam, quin subjaceat censuris Ecclesiæ, veluti quando hæresim manifestaret ad petendum consilium, vel ad illam aperiendam Confessario, vel illam scriberet inter sua peccata, ut manifestaret Confessario, vel quando quis omnino indelibera è, & absque ulla advertentia exteriorius diceret hæresim, seu jocose tantum, & non assertive eam proferret. Vide tanien quæ infra dicimus à n. 18.

14 Quæ hactenus dicta sunt, aut in posterum dicentur de tiplici genere occultorum hæreticorum, & de eorum absolutione, intelligenda etiam sunt, ut locum habeant in apostatis, & illis, qui vel ad judaismum, vel ad paganisum, seu gentilitatem, aut quamlibet aliam sectam transeundo, vel redeundo Fidem Catholicam omnino deseruerunt, & in totum ab ea recesserunt: nam neque apostatae mentales incurront in excommunicationem, nec in alias pœnas, & censuras contra malè credentes latus, & propterea à quolibet Confessario approbato absolvi poterunt: sed illi apostatae in eas censuras incidentur, & per accidens occulti forent, aut juxta tertiam significationem initio hujus Allegationis allatam, essent occulti. ¶ Ratio in promptu est, quoniam apostatae à Fide Catholica, quantum ad pœnas, & censuras attinet, pari jure cum hæreticis censendi sunt, & eodem modo ad Ecclesiæ gremium vel recipiuntur, vel ab ea pelluntur; nam apostatae sunt hæretici, & uti tales tractandi Repertor. Inquisitor. verò apostasia, Sylvest. in sum. verb. apostata 2. Gondisal. de heret. quæst. 20. Alphonsus de Castro de justa hæreticorum. punit. lib. 1. c. 23. Aloys. Ricc. in praxi fori decis. 671. n. 1. in 1. edit. & resol. 423. num. 1. in 2. edit.

16 Idem penitus judicium est de dubiis in Fide, quos hæreticos esse jus affirmat; qui enim sciens, & volens, & animo liberato dubitationi non resistens, non magis applicat mentem ad veritatem Catholicam, quam ad errorem contrarium, sed melius inter utramque partem natat, & incertus fertur, nec curat quid potissimum sequatur, paratus nunc hanc, nunc illam eligere patem, parum sua interesse dicens, aut affirmans an hoc, vel illud teneat, verbi

gratiæ, an in venerabili Eucharistia Sacramento sit verè, & realiter Corpus Domini Nostri JESU CHRISTI, nec nec an Virgo MARIA mater Dei fuerit perpetuè Virgo, aut non fuerit an Romanus Pôtifex sit verè Christi Vicarius, & Petri successor, & caput Ecclesiæ militantis, aut non sit aut his similia, hæreticus est, quoniam ad Catholicam Fidem magna firmitas requiritur, & dubitatio omnis voluntaria ab ea procul esse debet: si quis ergo fuerit dubius mentalis; absolvi poterit à quolibet Confessario ab Ordinario approbato, sed si dubitationem exteriorius protulerit, non poterit absolvi, quia in excommunicationem, & alias censuras, & pœnas jam incidit: dubius enim in fide, prout supra descripti sunt, hæreticos esse jus affirmat in c. de hereticis, ubi communiter Doctores, D. Anton. 3. par. tit. 22. c. 5. §. 10. Albertin. tract. de agnoscendis assertion, quæst. 3. n. 9. & in rub. de heret. lib. sexto, quæst. 13. num. 26. & sequentib. Melchior Cano de locis Theol. lib. 12. cap. 9. August. de Ancona in sum. de potestate Eccles. quæst. 22. art. 1. Navar. in man. cap. II. num. 17. & in cap. si quis autem, num. 18. 19. & 49. & de Pœnis, dist. 7. & cap. inter verba 6. concl. 19. num. 55. Perez lib. 1. verb. Santa fé, tit. 1. lib. 1. Ordinam. pag. 16. & 1. 3. vers. ex quo requisito, tit. 4. lib. 8. pag. 83. Menoch. conf. 149. n. 48. & à n. 52. Clar. 1. 5. §. hæresis, n. 2. Ualent. in 2. 2. disp. 1. quæst. 11. puncto 1. diffic. 2. Azeved. 1. 1. num. 74. cum sequentib. tit. 3. lib. 8. nova recopil. D. Barb. in rub. ff. soluto matrim. p. 2. n. 23. Pegr. in director. Inquisitorum, part. 2. comment. 1. Azot. institut moral. p. 1. lib. 8. c. 9. quæst. 5. Fatin. in praxi crimin. part. 5. q. 124. n. 114. & seq. eleganter Ualer. Reginald. in praxi fori pœnitent. lib. 17 n. 49. optimè Sanch. in præcep. a Decalog. lib. 2. cap. 7. n. 11. Zetol. in praxi fori Episcop. p. 1. verb. casus, vers. dubij. Suar. de Fide disp. 19. selt. 4. n. 10. Castr. Palao de hæresi tract. 4. disp. 3. punct. 2. n. 9. me citato in hoc loco, Trullench. in exposit. Decalogi, lib. 1. cap. 2. dub. 2. n. 6.

Ad meliorem prædictorum intelligentiam scendum est, quanta sit necessaria expressio, aut quales actus, seu signa, vel opera exteriora exigantur ad hoc ut hæretici occulti in excommunicationem incident; Bannes ait dist. quæst. 11. art. 4. quæst. 2. concl. 3. §. tertio arguitur, vers. quid si aliquis. Primo, quod obi primum quocunque signo, vel nutu, vel facto aliquis intelligitur ab aliquo alio, quod sit hæreticus, incurrit in excommunicationem, quoniam jam tunc est hæreticus manifestus. Secundò, dicit quod si ex assensu interlocutori, quem habebat, protulit aliqua verba, quæ non sunt sufficientia secundum se, neque ex circumstantiis, ut explicetur hæresis, ut si intus consentiens homo huic errori, Filius est inæqualis Patri secundum Divinitatem, exteriorius proferat: Ita est, non erit excommunicatus, nisi fortè ex aliqua circumstantia illa verba sint sufficientia ad explicandum errorem. Hæc Bannes d. loco, quem citat Bossius d. casu 10. n. 110.

Prædictus mentalis hæreticus si coram Inquisitoribus occultissimam hæresim confiteatur, vel eam revelet amico, petens ab eo consilium, vel ob aliam honestam causam, non incidit in excommunicationem propter illum actum exteriorem, tum quia exterior ille actus bonus est, & cum antequam proferret illa verba, non esset excommunicatus, propter illum actum bonum non potuit excommunicari: tum quia tunc non protulit hæresim afferendo, & protestando illam, quod videtur necessarium, ut incurrit in excommunicationem, sed potius detestando. Ita Aragon, dist. quæst. 11. art. 3. & ibi Ban. art. 4. quæsto secundo, ad quartum argumentum. Covar. ad d. reg. peccatum, 1. part. in initio, num. 7. Simanch. dist. 1. 24. de occultis, num. 9. Granado dist. 13. num. 14. Boss. dist.

dicit casu 10. num 129. Quod quidem multò magis procedit, cùm hæreticus in foro sacro Pœnitentiae intellectualem hæresim confessus est, quia non solum actus ille bonus est, sed pius, & extra judicium humanum, juxta suprà citatos.

19 Verùm si quis aliquando hæresim suam occultam confiteatur, nec doleat de peccato, ut ait Aragon. d. q. 11. art. 5. vers. sed dubium, aut sciens, & prudens dubitet de auctoritate Ecclesie Romanae, ut sentit Bannes dicit, quest. 11. art. 4. questio 2. concl. 2. ad quinum argumentum, vers. respondetur quod si ille homo, etiam si interroget Doctorem Catholicum ad secundum, quod ille dixerit, in excommunicationem incurrit, cùm explicet suam hæresim, quoniam non est paratus corrigi ab Ecclesia, cùm unius hominis judicium illius auctoritati præferat.

20 Hæreticum purè mentalem excommunicatum non esse, tametsi per jocum dixerit, se aliquando hanc aut illam hæresim credidisse, refert Franciscum Victoriam sensisse Simanchas dicit. tit. 42. de occultis, n. 16. quia non assertit illam hæresim, sed tantum narrat, aut refert: eiusdem sententiæ videtur esse Bannes loco proximè citato, cùm ait necessarium esse hæresim protestari, hoc est affirmare, vel asserere, ad hoc ut cùm ille profert hæreticus mentalis, in excommunicationem incurrat. Quamvis primum de hoc dubitet Simanch. deinde concludit eam fortasse benignitatis gratiâ defendi posse. Sed questio hæc sub distinctionis foedere resolvenda, in hunc modum. Vel is, qui per jocum dicit se aliquando hanc, vel illam hæresim tenuisse, quo tempore eam per iocum protulit, jam ejus pœnituit, & omnino dimisit: vel nondum errorem dimisit. Primo casu non incidit in excommunicationem; nam excommunicatio eos ligat, qui verè hæretici sunt, de quorum numero amplius non est is, qui jam dimisit errorem, & qui declarat, narrat, aut refert, nihil novi facit, l. heredes palam, §. quid. ff. de testam. In secundo vero casu licet non asserendo dicat se aliquando ita credidisse, aut credere, in excommunicationem incurgere videtur, quoniam quia aiunt, sufficere actum exteriorem significativum, & de sua natura probabilem, ut hæreticus incurrit in excommunicationem, regulariter non addunt necessariam esse assertionem in illo actu. Neque actus jocandi potest appellati simpliciter bonus ad hoc, ut proferentem defendat, sicut tuerit actus petendi consilium ad resipiscendum, ut proxime dictum est, & qui jocatur, non pœnitit, & hæc sententia tutior est, ut saluti animæ consulatur.

*An facultas concessa Episcopis absolvendi ab hæredi occulta in vim Concil. Trid. sess. 24. de reform. c. 6. sit eisdem adempta per processum Bullæ in Cœna Domini?*

21 Dubium hoc controversum est apud Doctores quorum aliqui negant, alij vero affirmant. Una sententia tenet, posse Episcopos post Concil. Trid. per seipso, & non per suos Vicarios in foro conscientiæ absolvere in sua diœcesi hæreticos sibi subditos, occultos tamen. hoc est illos quorum hæreses non fuerunt ad forum contentiosum deductæ, quamvis exteriū probatae; cujus auctores insuper addunt, & præcipue Bannes loco infra citando, non obstat processum Bullæ in Cœna Domini, asserentes per illum non revocari facultatem Episcopis concessam in Concil. Trident. ut possint absolvere in foro conscientiæ, sed revocari illis privilegium concessum ipsis personis, qui admittunt hæresim, ut patet ex forma Bullæ, ubi dicitur, quod non valeant pro absolutione mitti ad Summum Pontificem, nisi

in articulo mortis, vel intuitu privilegiorum. Ceterum qui vadit ad Episcopum, ut absolvatur, non ex privilegio sibi concesso absolvitur, sed Episcopus habet auctoritatem absolvendi jure divino, non ex aliquo privilegio Pontificis: unde quotiescumque non coarctaverit Episcopi auctoritatem, ut summus Praelatus Ecclesie, poterit Episcopus absolvere ex auctoritate sui officij ab omnibus peccatis suos subditos, à quibus Summus Pontifex potest absolvere universos fideles, & hujus sententia sunt sectatores Ban. 2. 2. q. 11. art. 4. dub. 2. post secundam conclusionem arg. 3. vers. & si quis obiectat, & ibi Aragon. art. 3. vers. sed dubium est quinam possint, Vela, de pœnis delictorum c. 14. vers. Iure vero Canonicō, Ang. in floribus Theologicis, p. 1 tit. de Confess. q. 4. art. 1. diffic. 6. Llam. in methodo Curator. p. 3. c. 1. §. ult. in fine, Vivald. in candelabro aureo, par. 1. tr. de absolutione, num. 13. & part. 2. in expositione Bullæ Cœna, num. 21. Sà verb. Episcopus, n. 37. Fr. Eman. in sum. tom. 1. c. 13. n. 3. & in explic. Bullæ Crucifera, § 9. num. 70. & quest. Regular. tom. 1. in q. 20. art. 10. Vega. in sum. tom. 2. c. 25. casu 11. Nugh. in addit. ad 3. p. quest. 8. art. 5. dub. 10. ad finem, Zerol. in praxi Episcopali, p. 2. verb. absolutio, §. 8. & 18. & verb. hæreticus §. 4. Anton. Gomez in Bullam Crucifera, clausula 19. num. 44. in fin. Henrique. in sum lib. 6. c. 14. §. 7. lit. M. & cap. 16. §. 1. & lib. 13. cap. 27. §. 5. lit. L. Petr. de Ledesma. in sum. par. 2. tract. 1. cap. 6. post conclus. 20. diffic. 7. Facundez in quinque Ecclesia præcepta, p. 2. lib. 8. cap. 8. n. 82. Boss. in tract. de Inbilao, sect. 1. casu 10. §. 2. num. 10. Fernandez in examine Theolog. moralis, par. 4. c. 7. §. 1. num. 5. Granado in 2. 2. D. Thome, controversial. 1. tr. 15. disput. 15. sect. 2. n. 8. cum seqq. Alzed. dicit. p. 2. cap. 6. num. 15. Portel. in addit. ad dubia Regul. verb. Episcopæ, n. 1. Sousa in Bull. Cœna, cap. 23. disp. 100. concl. 3. n. 7. Lorea 2. 2. q. 11. art. 4. disp. 45. num. 10. Sanc. in selectis, disp. 50. n. 32. Anton. à Sousa in suis aphorismis, lib. 3. cap. 4. n. 5. & videtur tenere Trullench. d. lib. 1. c. 3. dub. 4. n. 12.

In re tam gravi fortassis non licetbat hos Doctores tam audacter suam sententiam interponere, concludentes securè posse Episcopos virtute Concil. Trident. in foro conscientiæ hæreticos occultos absolvere; nam ratio illa, quam addit Ban. citato loco, & sequuntur alij post eum, quod scilicet processus Bullæ in Cœna Domini non tollit Episcopis privilegium absolvendi, sed personis, nihil evincit, quia si ablatum est, privilegium committentibus hæresim, ut non possint absolviri nisi à Romano Pontifice, iam Dominus Papa, tanquam Summus Ecclesiæ Praelatus, Episcoporum auctoritatem in hac parte coarctavit; & quamvis Episcopi jure divino hanc jurisdictionem habeant, de quo articulo tunc non tractabatur, Romanus Pont. illam impedivisse & suspendisse videtur per reservationem criminis hæresis, cuius absolutionem ad se solum voluit pertinere; quamvis ergo Episcopi non amiserint potestatem, seu jurisdictionem absolvendi, quam jure divino ipsis competere Bannes assertit, exercere tamen illum non possunt, & ex quo Dominus Papa in dicto processu Bullæ constituit, ut nullus talis, nisi à Domino Romano Pontifice absolviri possit, ibi, ceterum à predictis sententiis nullus per alium quam per Romanum pontificem, &c.

Verùm omissis metaphysicis solemnitatibus, non videtur posse in dubium revocari, quin Episcopis sit sublata facultas absolvendi predictos occultos hæreticos per dictum processum Bullæ, cum speciatim ibidem & de Episcopis mentio fiat, & de decretis cuiusvis Concilij in Bulla S. D. N. Gregor. XV. anni præteriti 1521. cuius hæc sunt verba, Ceterum à præteritis sententiis nullus per alium quam per Romanum

num Pontifice, nisi in mortis articulo constitutus, nec etiam tunc, nisi de stando Ecclesia mandatis, & satisfaciendo cautione praestita, absolvit possit, etiam prætextu quarumvis facultatum, & indultorum quibuscumque personis Ecclesiasticis, secularibus, & quorumvis Ordinum, etiā Mendicantium, ac Militarium Regularibus, etiam Episcopalis, vel alia majori dignitate prædictis, ipsisque Ordinibus, & eorum Monasteriis, Conventibus & domibus, ac Capitulis, Collegiis, Confraternitatibus, Congregationibus, Hospitalibus, & locis pii, neconon laicis, etiā Imperiali, Regali, & alia mundana excellentia fulgentibus, per nos & dictam Sedē, ac cuiusvis Concilij decreta verbo, litteris, aut alia quacūque scriptura in genere, & in specie concessorū, & innovatorum, ac concedendorum, & innovandorum, &c.

Cū in hoc decreto dicatur, quod nullus per alium, quam per Romanum Pontificem absolvit possit, privilegium, si quod habebant, auferunt à personis absolvendis, quod & sequentia indicant; ac cuiusvis Concilij decretū, & cetera, quae mox subduntur, privilegium auferunt non modū absolutionis recipiendæ, sed etiam impendendæ quibusvis quomodolibet habentibus hujusmodi facultatem. Quare hanc sententiam tenent Maiol. de irregulariſ. lib. 5. cap. 46. num. 6. vers. caveant. Tolet. in instruct. Sacerdotum. in explicat. Bulla Cœna excommunicat. 14. in fine, Vivald. palinodiam recantans in editione noviori anni 1602. in suo candelab. aureo p. 1. tit. 11. de absolut. num. 13. Ugolin. de casibus reservatis Summo Pontifici, part. 2. c. 2. §. 4. vers. etiam prætextu quarumcumque facultatum, Sayt. decis. 19. de sentent. excommunicat. Parac. de origine Inquisition. lib. 3. q. 9. num. 191. Felician. de excommunicat. cap. 18. Navar. in man. cap. 27. n. 72. & consil. 15. de sentent. excommun. in antiq. alias consil. 11. de privileg. in novis, Philiarc. part. 2. lib. 2. cap. 25 & lib. 4. cap. 22. & in Bulla Cœna cap. 2. vers. etiam prætextu quarumvis facultatum, n. 3. Ragus. in lucerna Paroch. q. 126. num. 5. Torreblanca de magia lib. 3. cap. 10. n. 27. Francis. Leo in thesauro fori Ecclesiast. part. 1. cap. 37. n. 46. Piasec. in praxi nova Episcop. part. 2. cap. 1. num. 14. pag. 110. Aloys. Ricc. in collect. decis. p. 4. collect. 821. vers. tertio, & in decis. Curia Archiepiscop. Neapol. decis. 13. n. 8. & 9. part. 3. & decis. 180. part. 3. Molin. de Iustit. tract. 3. disput. 64. num. 8. & tract. 9. disput. 18. num. 2. Beda in defens. Fidei in causa Moriscor. part. 1. c. 13. Nicol. Garc. de benefic. part. 11. c. 10. num. 115. Sanch. in præcepta Decalogi lib. 2 cap. 11 num. 16. & 27. Homobon. de Bonis de examine Ecclesiast. p. 1. tract. 5. cap. 5. q. 31. vers. nonò, & cap. 6. quest. 35. & tract. 7. q. 5. & tract. 12. c. 4. q. 15. ref. 4. pag. 459. Duard. in Bulla Cœna Domini, l. 3. §. 2. q. 12. & 13. n. 47. Chapeavil. de casibus reser. c. 4. different. 4. Coriol. etiam de casibus reser. p. 1. scilicet. 2. art. 23. Ioan. Valer. de different. inter utrumque forum. verb. heresis diff. 5. Ant. Ricciul. de Iure personarum extra gremium Eccles. existent. l. 5. c. 14. Campan. in diversi. Iuris Canon. rub. 11. c. 26. n. 55. Stephan. Gratian. discep. forens. tom. 3. cap. 414. n. 22. Farin. de heresi quest. 192. §. 4. n. 53. Mar. Alter. de censur. lib. 5. disput. 22. cap. 1. pag. mihi 767. latè Torreblanca in practicabil. Iuris spirit. lib. 14. cap. 10. n. 4. Bonacina in Bullam Cœna, disput. 1. q. 22. puncto 2. num. 2. vers. secunda, Scort. in constit. Pontif. epist. 166. theorem 431. Villalob. in sum. part. 1 tract. 9. diffic. 21. n. 2. & 5. Hurtado de excommun. dissp. 15. diffic. 3. n. 12. Gavant. in Man. Episcop. verb. absolutio 4. & verb. hereticī 15. Diana resolut. moral. part. 1. tract. 5. resol. 2. & part. 4. tract. 4. resolut. 239. & secundum hanc opinionem in supremo generalis Inquisitionis Prætorio Romano pronunciatum fuisse testatur Pegna in direct. Inquisitorum. part. 3. q. 92. comment. 141. vers. penult. sic declarasse Gregorium XIII. & Clement-

tem VIII. referunt Fosc. de visit. lib. 2. c. 31. num. 5. & cap. 23. num. 4. Mar. Anton. Genuens. in praxi Archi-episcop. Neapol. c. 67. n. 10. in 2. edit. Piasec. in praxi nova Episcop. dict. c. 1. n. 13. novissimè March. de Sacram. Ordinis tr. 1. part. 9. cap. 1. diffic. 9. & 10. Georg. Polanch. in Bull. Urbani VIII. scilicet 42. n. 62. Floron. de casibus reserv. part. 1. cap. 4. §. 22. n. 3. Suar. de Fide disp. 1. scilicet. 4. n. 14. me citato in hoc loco, Trullench. in exposit. Bull. S. Crucia. lib. 1. §. 7. c. 2. dub. 6. n. 4. & audiisse à Religioso docto, & fide digno sic declarasse prædictum Clementem VIII. dicit Azor. instit. moral. p. 1. lib. 8. c. 19. q. 3. & q. 10. c. 20. & ita censuisse Sacram. Cardinalium Congregationem, assertunt Piasec. d. n. 13. Nicol. Garc. d. c. ap. 10. n. 122. Suar. tom. 4. disput. 30. scilicet. 2. num. 11. Attendat. in add. ad recop. legum Navarra. lib. 2. tit. 21. leg. unica de familiaribus Inquisitorum, n. 3. Bonacina. de censur. disput. 1. quest. 3. punct. 2. num. 1. vers. 1. latissimè Stephan. Dalvin. de potestate Episcoporum, Abbatum, & Abbatissarum. c. 18. per tot. ubi assertit hanc partem in consulendo, & in practica longè veriore esse, quia nimis totum hoc negotium facultatis absolvendi, aut non absolvendi hereticos, à voluntate, intentione, & concessione Summorum Pontificum præsentim, immo & omnino pendeat.

Et propterea usus jam obtinuit, quod & inviolabiliter observatur, ut Episcopi à S. D N. Papa facultatem petant absolvendi prædictos hereticos quam Pontificis nomine causa cognita Domini Cardinales Inquisidores Generales Ubiis, & Orbis concedere solent, confessis super ea re patentibus littoris, quibus omnes prædicti Cardinales suo ordine subscribunt, refert me citato in hoc loco, Trullench. in exposit. Bull. S. Cruc. lib. 1. §. 7. c. 2. dub. 8. n. 4. prope fin. Et Stephan. Dalvin. d. c. 28. mihi tamen negativa, fol. 181. se vidisse, & legisse diploma quoddam originarium in pergamo subsignatum à septem Illusterrimis ac Reverendissimis Carnalibus Presbyteris, in universa Rep. Christiana adversus hereticam pravitatem Generalibus Inquisitoribus à Sede Apostol. specialiter depuratis, congregatis in Generali Congregatione S. R. & universalis Inquisitionis, habita in Palatio Apost. apud S. Petrum coram S. D. Clemente V III. die 21. mensis Martij anni 1602. Pontificatus ejusdem anno 11. quo licentia, facultas, & auctoritas concedebatur Episcopo Verdunensi in extremitatibus, & confiniis Galliae, & Lotharingiae, ac ejus in eadem Verdunensi Ecclesia Officiali, seu Vicario in spiritualibus generali, tunc & pro tempore existenti, in solidum, ad triennium futurum proximè à data præfati indulti numerandum duntaxat duratura, ut omnes, & quoscunque dictæ Verdunensis civitatis, vel diocesis, seu ex aliis partibus, in quibus hereses impunè graffantur, ad Episcopum, vel ad ejus Officiale, sive Vicarium Generalem præfatum, in civitate tamen Verdunensi, vel diocesi constitutos, seu residentes, sponte venientes, utriusque sexus, ac tam laicos, quam clericos secularares, & eniūvis Ordinis Regulares hereticos, schismaticos, & à Sancta Fide Catholica quomodolibet arberrantes, illorūque credentes (non tamen in hereses relapsos, aut errores, aut de præfatis in iudicio indiciis præventos, vel condemnatos, de quibus tamen Pontifex, seu sacrum Inquisitionis Officium consulere tenebatur) pœnitentes quidem ab excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis censuris, sententiis, & pœnis, quas propter hereses, &c. quomodolibet incurserint, dummodo corde sincero, & fide non ficta coram notario, & testibus publicè, vel privatim, prout casus exigerit, & eidem Episcopo, seu ejus Officiali, sive Vicario in spiritualibus Generali magis expedire videatur.

detur, hæreses, schisma, & errores supradictos, ac alios quoscunque detestati fuerint, anathematizaverint, & abjuraverint, ac in gremium Sanctæ Matris Ecclesiæ recipi & admitti humiliter postulaverint, atque præstatio per eos jurejurando promiserint de cætero ab hujusmodi hæresibus, schismate, & aliis similibus excessibus penitus abstinere in forma Ecclesiæ consueta, injuncta inde eis, ac eorum cuilibet pro modo culpæ pœnitentia salutari, & aliis injungendis, &c. Advertit D. Felician. de Vega tunc Archiep. Mexican. in relict. c. & si clerici, §. de adulteriis, n. 16. de judic. quod Indi novi Orbis possunt absolvvi per Episcopos ab omnibus delictis, etiam contentis in Bulla Cœna Domini, & etiam ab hæresi, & idolatria, & aliis casibus reservatis ex concessione Gregorij XIII. & num. 176. ait; quod dispensatio in irregularitate contrafacta ob hæresim petenda est à Papa, quamvis quoad Ordines jam suscepitos bene potest Episcopus dispensare, excepto sacerdotio.

26 Quemamodum non est integrum Episcopis post decretum Conc. Trid. absolvire in foro Conscientiae prædictos hæreticos, ita non videtur licere Inquisitoribus Apostolicis, nec eorum Vicariis, sive Commissariis eisdem in prædicto foro absolvire virtute Extravang. Clem. Pape VII. incip. Cum sicut, §. vobis etiam, refertur in fine Director. Inquisit. inter litteras Apost. pro officio S. Inquisit. in qua sic scriptum extat. Vobis etiam, ac Vicariis prefatis extrajudicialiter Lutheranos occulitos, & non inquisitos per Ordinarium, sive alias judices, aut alias quoscunque hæreticos, factores, defensores, & receptatores, necnon à sancta fide apostatas, eosque qui contra inhibitionem Sedis Apostolicae tenuerunt, vel legerunt libros Martini Lutheri, vel aliorum, aut eidem, sive eisdem quomodolibet adhaerent (si ad cor reversi pœnitentes id humiliter petierint) postquam hæresim, qua polluti, & infecti erant, abjuraverint & medio juramento promiserint de cætero ab hujusmodi hæresi penitus abstinere, absolvendi, illisque pro præmissis pœnitentiam injungendi salutarem, eosque ad gremium Sanctæ Matris Ecclesiæ restituendi, & reducendi auctoritate Apostolica tenore presentium licentiam, & facultatem concedimus, &c.

27 Quoniam in supremo sacrostante Romane, & Generali Inquisitionis Tribunalí sape pronunciatum, & declaratum est verbum illud, extrajudicialiter, non excludere formam judicij, hoc est notarium & testes abjurationis, sed tantum judicij solemnitatem, per quam alij spectatores admittuntur, & delictum, ac pœnitentia pro eo injuncta pluribus innotescit. Per hanc ergo Extravag. non conceditur Inquisitoribus Apostolicis, & eorum Vicariis, seu Commissariis facultas absolvendi hæreticos occulitos in foro Conscientiae, sed solum tribuitur potestas, ut possint in suo Auditorio eos accipere ad secretam abjurationem, & secretas quoque pœnitentias, quod satis indicant illa verba, postquam hæresim abjuraverint: item illa, medio juramento promiserint: hæ enim propriæ solemnitates sunt fori exterioris, non interioris. Et ideo Inquisitores non habere facultatem absolvendi in foro Conscientiae hæreticos occulitos exteriores, tenent Vivald. in candel. aureo, tit. de irregular. 3. num. 21. Soar. de censur. disp. 43. sect. 1. num. 5. Sanctarel. de heresi cap. 5. dub. 7. Nicol. Gare. de benef. part. 13. cap. 10. n. 115. Bonac. de censur. disp. 2. q. 5. punto 2. num. 11. Fatinac. in tract. de heresi, quæst. 192. n. 52. & 54. Greg. Pollanch. in Bullam Urbani VIII. sect. 42. num. 62. Castr. Palao in oper. mor. tom. 1. tract. 5. disput. 4. punto 3. §. 3. n. 3. Alphons. de Leone de officio Confess. tom. 2. recollect. 6. num. 127. Diana p. 4. tract. 8. resol. 35.

28 Inquisitores Apostolicos ex privilegio absolvere posse ab hujusmodi criminibus in foro Conscientiae,

non obstante revocatione facta per processum Bullæ in Cœna Domini, libenter admittit Ban. dict. q. 11. art. 4. vers. præterea advertendum est, quamquam nolint, inquit ille, audire nisi cum testimonio tabellionis, idque vel quia Inquisitores postea petierunt eandem facultatem, vel antiqua facultas non erat privilegium concessum hæreticis, etiam pœnitentiis, sed ministris Sancti Officij in favorem fidei: quare sine dubio non fuisse illis revocata hæc, sentit Ban. dicto loco. Iacob. de Graff. in aureis decis. part. 1. lib. 2. c. 9. num. 5. Fr. Eman. in Bullam Cruciatæ §. 9. num. 70. Henr. in sum. lib. 6. de Pœnit. cap. 4. num. 9. Gutier. Canon. lib. 1. cap. 15. num. 7. Duard. in Bul. Cœna, lib. 3. §. 2. quæst. 12. num. 10. Boss. in tract. de Iubil. sect. 1. casu 10. §. 2. n. 14. & §. 11. per tot. Diana moral. res. part. 1. tract. 5. resol. 3. L. èt hæc sententia sustiniri possit, nulla tamen causa suadet Inquisitores Apostolicos in foro Conscientiae hæreticos credentes, & cæteros hujusmodi absolvere debere, cum Inquisitores, ut suprà dicitur, in hac causa potissimum sit judices in foro judiciali, & exteriori, non in foro pœnitentiali, & interiori. Potius est ergo, ut tali facultate, licet illam habeant (de quo non est mediocris controversia) non utantur, sed pœnitentes audiunt coram notario, & testibus, ut eos Ecclesiæ reconcilient, & deinde à Confessoriis approbatis in foro Conscientiae absolvvi possunt.

Sed observandum est, reum quemcumque, sive ab Episcopo, sive ab Inquisitoribus Apost. sive ab aliis quibusvis potestatem absolvendi habentibus absolvitum in foro Conscientiae, sive Sacramentali, & accusati in foro exteriori, & in eum inquire posse. si crimen ejus in judicium ducatur, nec juvare eum, aut tueri se posse exceptione receptæ pœnitentia in foro interiori, ut tradunt Zanchin. de heret. c. 34. Direct. Inquisit. verb. absolutio, § sed an absolutio, & verb. Confessio, §. utrum si en foro. Locat. in opere judic. verb. absolvire, n. 1. & verb. hereticus, num. 24. Sanch. dict. lib. 2. cap. 12. n. 7. Duard. in Bul. Cœna, lib. 3. §. 2. quæst. 12. n. 12. novissimè n. e citato in hoc loco, Boss. dict. casu 10. num. 231. Ratio hujus assertionis illa est quæ Canonistæ communiter tradunt, & sequuntur, quoniam pœna imposita per Confessoriū in foro pœnitentiali quantumcumque sit magna, non tollit aliquo modo pœnam imponendam in foro judiciali Canonico, vel Civili: nam pœna pœnitentialis in foro interiori imposta tendit ad unum finem; videlicet ut per eam pœnitens satisfaciat Deo, & animæ suæ, alia vero pœna, nempe temporalis, spectat ad punitionem corporis, & ad publicam vindictam, ut Reip. satisfaciatis, qui malo exemplo delinquendo eam offendit glos. verb. poterit, in cap. gaudemus, de divort. glos. 1. in fine, in cap. 2. de schismat. & ibi Panorm. Zabarel. & alij in cap. ult. 25. distinct. glos. ult. in c. 2. de empt. & vendit. & ita declaravit Gregor. XIII in quadam Bulla Iubilæi in ann. 1572. tertio Idus Septembri, de qua per Pen. in directorio Inquisitorum, p. 2. commento 25. §. quod autem absoluti. Multum igitur interest ipsorum delinquentium, & pœnitentium, ut quamvis absoluti sint in foro Conscientiae, accedant quoque ad suos Episcopos, vel ad Inquisitores Apostolicos, ut ab ipsis in foro exteriori absolvantur, & per ipsos gremio Sanctæ Matris Ecclesiæ reconcilientur: ita enim plenam securitatem consequentur, nec poterunt ultra in foro exteriori molestari, vel inquietari. Confessiorum quoque partes erunt in hac causa hujusmodi pœnitentes admonere, ut ad judices Fidei propterea sese confessim conferant.

Supposita communi illa sententia, quæ tenet hæsi occulta per accidentis ultra excommunicationem esse annexam irregularitatem, ut per Felician. de cen-

censur. c. 7. de irreg. Navar. in man. c. 27. n. 205. vers. 3.  
 Valent. tom. 4. disp. 19. p. 3. in 3. specie irregul. Majol.  
 de irregul. lib. 5. c. 49. n. 1. & 2. Peña in direct. Inquis.  
 part. 3. q. 11. 3. n. 162. & 175. Azor. instit. moral. p. 1.  
 lib. 8. c. 11. q. 13. & c. 21. q. 8. Anton. Ricc. de jure per-  
 sonarum extra gremium Eccles. existentium. l. 5. c. 17.  
 & plures citatos à Sanch. d. lib. 2. c. 25. n. 1. & à Garc.  
 de benef. p. 11. c. 10. n. 83. & etiam supposito quod per  
 Bullam Cœnæ sit sublata Episcopo, & Inquisitoris  
 dicta facultas absolvendi ab hæresi occulta in  
 foro conscientiæ, ut suprà dixi, dubitatur an aliis  
 etiam sit sublata facultas dispensandi super dicta ir-  
 regularitate orta ex hæresi occulta? Majol. c. 46. n. 6.  
 vers. sic elicio, tenuit non esse sublatam, sed contra-  
 riū, inquit quo ad utrumque forum sublatam esse sus-  
 tinent. Ugolin. de irreg. c. 36. § 5. n. 3. Sanchez d. c. 25.  
 n. 18. Garc. d. c. 10. n. 86. Bossius d. casu 10. n. 244. ubi  
 num. 246. subdit posse Inquisitores dispensare in fo-  
 ro conscientiæ super præfata irregularitate hæresis  
 occultæ.

Sæpè Romani Pontifices per Iubilæorum, & Cru-  
 ciatorum diplomata liberales Indulgentias omnibus  
 fidelibus largiuntur, addita clausula generali, ut Pœ-  
 nitentes à Confessariis approbatis, quos elegerint, ab-  
 solvi possint ab omnibus, & quibusvis peccatis, & cen-  
 suris, etiam Sedi Apostolice reservatis, etiam ab illis,  
 que in Bulla Cœna Domini continentur, quo casu pu-  
 tant aliqui posse tunc hæreticos emēdatos, & pœni-  
 tentes à crimine hæresi absolvī in foro conscientiæ,  
 reservata tamen potestate Inquisitoribus proceden-  
 di in foro exteriori. Ita Sot. in 4. semi. dist. 2. 2. q. 2. art.  
 3. vers. primus ejus casus, Frechil de excom. art. 1. part.  
 4. n. 7. dub. 1. Zeiola in praxi Episc. part. 1. verl. 1. bfo-  
 lutio § 5. & part. 2. eodem verb. § 4. Cordub. in sum. q.  
 8. in fine. Figundez in quinque Eccl. prac. p. 2. l. 8. c. 8.  
 n. 38. Valer Regin. in praxi fori pœn. l. 8. n. 53. in fine,  
 Lorca 2. 2. disp. 45. n. 13. Filliue. tom. 1. tr 8. c. 10. q. 9.  
 n. 265. Molfet. in sum. Theol. mor. tract. 7. c. 21. n. 62.  
 Leo de Iubil. p. 1. n. 41. Greg. Polanch. in Bullam Vr-  
 bani VIII. sc̄t. 4. n. 62. Sanctar. de Iubilæo, c. 7. dub.  
 3. Bossi. cod. tract. sc̄t. 1. cas. 8. n. 2. & 3.

Verum contraria sententia prior est, & in praxi  
 omnino observanda, ass. tens quod nec virtute Iubil-  
 æorum, nec Bullarum Cruciatum, in quibus non  
 datur specialis facultas absolvendi ab hæresi, potest  
 quis absolvī ab ea, licet expressè detur facultas in  
 genere absolvendi à casibus Bullæ: neque enim ve-  
 ritabile est id generaliter esse concessum, quod spe-  
 cialiter denegaretur: neque est probabile, Pontificem  
 Maximum tot legibus in Fidei f. vorem latissimam fa-  
 cilè derogare voluisse. Ita Covar. in c. alma mater, p.  
 1. § 11. n. 15. Navar. in man. c. 27. n. 175. vers. decimo  
 quartò, Rojas de hæret. part. 2. assert. 39. n. 321. & de  
 privil. Inquisit. n. 416. ubi ait id hodie pleniū declaratum  
 esse per motum proprium Pii V. de anno  
 1572. Simanch. de Cathol. instit. tit. 3. de absol. n. 2.  
 & in Enchir. c. 15. n. 4. Vivald. in candelabro aureo,  
 tit. de absol. num. 16. & in explic. Bullæ Cœna, n. 154.  
 Angel. in floribus Theolog. quest. de Confess. art. de ca-  
 sibus reserv. d. ffic. 6. Aragon. 2. 2. q. 11. art. 3. §. sed du-  
 bium est quisnam possit, vers. dico quartò, ubi addit ita  
 declaratum fuisse à Gregor. VIII. ad petitionem In-  
 quisitorum Hispaniæ, qui dederunt operam, ut per  
 Concionatores hæc declaratio evulgata ad omnium  
 notitiam perveniret, quod etiam testantur Fr. Emm.  
 in explicatione Bullæ Cruciatæ, in addit. ad §. q. n. 66.  
 Jacob de Graffius in aureis decis. lib. 1. cap. 13. n. 33. &  
 lib. 4. c. 15. n. 25. Ugolin. de censuris, tab. 1. c. 10. §. 4.  
 n. 12. Henr. lib. 3. c. 17. §. 2. & lib. 7. cap. 15. §. 1. &  
 lib. 13. cap. 27. §. 5. Farinac. de hæreti, quest. 292. §. 4.  
 n. 63. Ceval. commun. q. 802. n. 67. Miranda in man.  
 Prel. tom. 2. q. 7. art. 4. Fernandez in compendio Theol.  
 Barbosa de Epilc. Pars II.

moral. p. 3. c. 8. §. 11. n. 1. Vasq. de excommun. dub. 19. à  
 n. 5. Vega in sum. p. 1. c. 125. casu 14. Petr. de Ledesma  
 in sum. p. 2. tract. 1. c. 6. concl. 19. & 20. diffic. ult. Azor.  
 institut. moral. p. 1. lib. 8. c. 10. q. 12. & c. 19. q. 1. di-  
 cens ita habere stylum, & usum Cœtiæ Romanæ,  
 Acosta de Andrade ad Bullam Cruciatæ, q. 59. & seq.  
 Suarez de censur. disp. 7. sc̄t. 5. n. 12. & de fide disp. 21.  
 sc̄t. 4. num. 21. Ludov. à Cruce in exposit. Bulla Cruc.  
 disp. 1. c. 3. dub. 61. me citato in hoc loco, Tullench. in  
 simili expos. lib. 1. §. 7. c. 2. dub. 7. n. 9. & eod. lib. 1. c. 3.  
 dub. 5. n. 2. Avila eod. tr. de cens. p. 2. c. 7. disp. 1. dub. 7.  
 Nicol. Garcia d. p. 11. c. 10. n. 109. Sanchez in præcep-  
 ta Decal. lib. 2. c. 11. n. 7. & c. 12. n. 19. Navar. in sing.  
 Iuris Canon. concl. 3. Portel. in addit. ad dub. Regul.  
 verb. Episcopus, n. 1. Anton. Diana resol. moral. p. 1. tr.  
 5. resol. 2. Marchin. d. tract. 1. p. 9. c. 1. diffic. 9. n. 13. cum  
 seqq. Castro Palao in tom. de fide, tract. 4. disp. 4. pun-  
 ito 3. §. 4. n. 2.

Dubium ex dictis oritur non contemnendum, an illi, qui vel metu mortis, aut cruciatum, seu tor-  
 mentorum territi, vel amore capti, vel divitiarum  
 cupidi, vel ne à possessionibus pellantur, aut ob aliam  
 causam aliquid dicunt, vel faciunt ad infidelitatem  
 pertinens, quod hæreticum, vel apostaticum meritò  
 judicatur, ut si Mahometum adorent, aut verum  
 Prophetam, & Dei amicum esse dicant, idola colant,  
 hæreticos se esse fingant, eorum usus extetius obser-  
 vent, mores illorum sumant, Ecclesiæ eorum fre-  
 quentent, concionibus intersint, juramentum, & fi-  
 delitatem eis spondeant, & jurent, ac similia perpe-  
 trent, quæ Catholica Religio penitus abhorret; sed  
 retinent nihilominus integrum Fidem in corde, ne-  
 que ita interius sentiunt, sicut exterius faciunt, vel  
 dicunt, utrum in excommunicationem, & alias cen-  
 suras contra hæreticos, apostatas, vel idololatras ab  
 Ecclesia latas incurvant? In quo Cajet. 2. 2. 7. sc̄t. 12.  
 art. 1. circa finem, vers. in respons. ad 1. & q. 1. art. 1.  
 tenet non modò in foro interiori, sed etiam in exte-  
 riori excommunicatos esse ex cuius sententia aper-  
 tè consequitur, eos non possit ab approbatis Con-  
 fessariis absolvī, cum reservatio casus Confessatio  
 jurisdictionem, & potestatem vel auferat, vel impe-  
 diat, aut suspendat. Verum oposita sententia prior  
 est ex eo quia excommunicatio Iuris lata est in eos,  
 qui verè sunt hæretici, apostatae, vel idololatriæ: at  
 illi, de quibus dictum est, non sunt hujusmodi, cum  
 Fidem Catholicam interius integrè retineant: ergo  
 non incurvant in excommunicationem. Ita Archid.  
 in cap. 1. de sum. Trin. lib. 6. in fine, D. Anton. part. 2.  
 tit. 12. c. 5. § 1. Sylvet. in sum. verb. Apostasia, q. 1.  
 n. 4. & verb. hæretis 1. q. 6. n. 9. Rosel. verb. hereticus,  
 n. 4. vers. quid de illo, Repert. Inquisit. verb. hereticus,  
 q. si verò hoc facit, Navar. in man. c. 11. num. 17. vers.  
 tertio peccat mort. B. fñz in 2. 2. q. 11. art. 4. q. 2. vers.  
 tertia conclusio, ubi ait hanc esse communem sen-  
 tentiam Inquisitorum, & ibi Aragon. art. 2. §. sed du-  
 bium est quisnam possit, vers. dico sex. o. ubi satisfacit  
 rationibus Cajetani contrarium assertentis: eam tan-  
 dem sequitur Peñi: in direct. Inquisit. p. 2. super q. 41.  
 §. an autem qui metu, Mercer. in 3. part. D. Thome,  
 q. 66. art. 9. n. 4. Granados in 2. 2. D. Thome, tract. 15.  
 disp. 13. n. 11. Diana moral. resol. part. 4. tract. 4. resol.  
 240. in fine. Qui tamen omnes tanquam verissimum  
 conformiter docent eos, qui talia hæreticalia, vel  
 apostatica dicunt, aut faciunt, quamvis fidem inte-  
 rius retineat, gravissime, & mortaliter peccare, gloss.  
 & Canon. in cap. non solum, el 2. 11. q. 3. Nulla enim  
 causa, vel casus excusari quemquam potest in mate-  
 ria, & Confessione Fidei; quin cum opus est, confi-  
 teri eam teneatur, nec metus mortis in causa est me-  
 tus cadens in constantem virum, nec licet ore nega-  
 re Christum, aut Fidem, & corde tantum retinere,

## 418 De officio, & potestate Episcopi.

hæc putaverunt Helchesetæ, & propterea meritò velut hæretici damnati sunt à Fabiano Papa, ut in ejus vita refert Breviarium Roman. die 10. Janvar. quod citat Peña in direct. Inquisit. part. I. comment. 24. super quæst. 9.

35 Cùm igitur supradicti hæreticalia, vel apostatica dicta, vel facta exterius dicentes, aut facientes, Fidem interius retinentes, in excommunicationem non incurserint, à quolibet idoneo Confessorio absolviri poterunt, non enim habet eorum crimen aliam reservationem, per quam pœnitentes absolvi, & Confessarij absolvere prohibeantur: ita sentire videntur omnes præcitatæ, ex eo quod asserunt non esse excommunicatos, & nominatim id profitentur Arag. d.q. 11. art. 3. §. sed dubium est quisnam possit, vers. de co sexiō quod qui Fidem, Ludov. à Cruce in exposit. Bullæ Cruc. disp. 1. c. 3. dub. 7. & me citato in hoc loco, Trullench. in simili exposit. lib. 2. §. 7. c. 2. dub. 7. n. 3. vers. suppono tertio. Quia tamen Ecclesia, quæ non judicat de occultis, existimat istos ex dictis, vel factis hæreticalibus exterioribus, quæ dixerunt, vel perpetraverunt, hæreticos, apostatas, vel excommunicatos, idèo illos punit, & à censuris, in quas putat incurrit, absolvit, & mitiùs punit eum, qui vel sponte accessit ad judices Fidei ad confitendum suum delictum, vel eam, qui ob gravius periculum, vel metum inductus, indignum facinus perpetravit. Ita Bañes d.q. 11 art. 4. q. 2. vers. est 2. argum. Ecclesia punxit. Peña in direct. Inquisit. p. 2. super q. 41. §. & quamvis in foro conscientia, Trullench ubi proxime.

34 Ex prædictis omnibus, quod attinet ad nostram principalem quæstionem, constat Episcopos virtute Concilij Trid. dict. c. 6. non absolvere occultos hæreticos, quoniam per processum Bullæ in Cœna Domini, & Romanorum Pontificum declarationibus fuit Concilio derogatum, & quamvis derogatum non fuisset, adhuc non deberent Episcopi facile uti tali facultate, propter aliqua inconvenientia, quæ ex nimia illius decreti observantia otiri possent, quod jam olficerat Ioan. Rojas in singularibus Fidei, sing. 5. incipit: Accusatum, vers. tertio fallit, num. 38. Hinc Domini Cardinales Inquisitores Generales Urbis, & Orbis Apost. auctoritate re maturè considerata, ubi expedire vident, Episcopis potentibus concedunt facultatem absolvendi occultos hæreticos in foro conscientiae, & tantum eam facultatem patentibus literis testatam faciunt, & parcissimè largiuntur, quia longo tempore usu, & quotidiana experientia didicrunt, ita expedire. Regulariter igitur causa cognita id observare solent quod à Clement. VII. constitutum est; nam Episcopis locorum indulget, ut hæreticos, credentes, fautores, receptatores, vel defensores hæreticorum pœnitentes, & humiliter converti volentes, postquam errores suos abjuraverunt, à cœluris in quas incurserunt, absolvant, ad gremium sanctæ Matris Ecclesiæ restituant, & reducant, & pœnitentias salutares injungant. Addūt præterea, ut Episcopi possint ad idem peragendū eligere sibi tres, vel quatuor viros in Theologia Magistros, aut in jure Canonico Licentiatos, qui eodem modo præf. tos delinquentes absolvere possint. Hos viros plures, vel pauciores concedunt pro latitudine diœcesis Episcopi talem facultatem potentes, ac etiam pro multitudine hæreticorum, seu schismaticorum in diœcesi habitantium, & quoniam interdum in quibusdam provinciis, aut ob def. etum Academiarum, aut ob alias causas difficulter Magistri in Theologia, aut Doctores, seu Licentiati in jure Canonico haberi possunt, idèo hunc rigorem temperantes permittunt, ut si prædicti Magistri, vel Licentiati haberi non possunt, alij viri idonei arbitrio Episcoporum elegantur, qui munus ad quod assumuntur, obire sciant, & valeant. Hæc

omnia litteris patentibus comprehenduntur, quas omnes Domini Cardinales Inquisitores Generales suos ordine subscriptiunt quidem, sed facultatem non solent ad indeterminatum tempus concedere, sed annos præfinunt tres, vel quatuor, sicut occasio, & circumstantia suadet.

Episcopi, seu Episcoporum Vicarij, aut officiales, & alij viri per Episcopos deputati in recipiendis hæreticis, seu schismaticis in eis locis, seu diœcesibus in quibus ob multitudinem talium delinquentium ordo judicarius plenè servari aut non potest, aut non expedit, ut servetur, sequentem practicam, & modum retinere debent. Qui ab hæresi, vel schismate, vel aliis delictis contra Fidem, & Catholicam Ecclesiam commissis pœnitentiam acturus ad Episcopum, seu alios per eum deputatos accessit, verbo, vel scriptis culpas suas coram Episcopo, vel prædictis deputatis narrabit, qui notario, seu tabellione præsente, & duobus, vel tribus testibus eas exciperi jurabit reus de veritate dicenda, interrogabitur de multis circumstantiis, de credulitate, de tempore, quo in errore permanxit, & de plerisque aliis, quæ ad securitatem ejus conscientiae spectant; dicetur illi, si opus fuerit, ut integrè, & confidenter explicet omnes suos errores, nec timeat aperire vulnus, ut copiosam, & salutarem recipiat medicinam: admonebitur quām graviter erravit Catholicam Romanam Ecclesiam deserendo, ejus dogmata spernendo, & à vera illius, & recta via declinando, quæ vehementer ejus salutem exoptat. Postquam confessio fuerit sic in judicio recepta in privato auditorio Episcopi, seu Vicarij illius, aut alibi, prout duxerint eligendum, tunc Episcopus, seu deputati jubebunt pœnitentem flexis genibus coram libro Evangeliorum abjurare hæretices, & errores, quos confessus est. Peracta abjuratione, & promissione quod nunquam deseret Catholicam Romanam Ecclesiam, Episcopus, seu deputati ab eo in forma Ecclesiæ absolvant pœnitentem, injungentque illi pœnitentias salutares: notarii totius actus conficiet potentes litteras, seu publicum instrumentum, cui præter notarium subscripti Episcopus, aut deputatus ab eo, qui pœnitentiam imposuit revertenti, & confitenti, idque instrumentum dabitur reo absoluto, ut constet ipsum, & reconciliatum fuisse Ecclesiæ gremio, & pœnitentiam recepisse. Postquam reus in foro exteriori prædicto modo satisfecerit, & fuerit à censuris absolutus, deinde per approbatos Confessarios absolvetur in foro pœnitentiali.

Indices vero Fidei, videlicet Inquisitores contra hæreticam pravitatem, non obstante cujuslibet Canonis, Concilii, aut processus Bullæ in Cœna Domini decreto, in foro exteriori absolvere possunt hæreticos, credentes, fautores, receptatores, & defensores eorum, & alios quoslibet contra Fidem delinquentes, ab excommunicatione, & aliis censuris contra eos lati, illösque gremio Ecclesiæ reconciliare, iuxta sacram Ecclesiæ sanctionem, in qua ita scriptum extat. † De præminentia horum Inquisitorum, & obedientia eisdem ab omnibus præstanda extat Bulla Pii V. quam refert Stephanus Quaranta in summa Bullarij, verb. hæreticus. Sunt enim gravissimi, & æquissimi, ac prudentissimi, sanctitate, & doctrina pollent; quippe quod ad illud munus tam sanctum, & venerandum non vulgares homines, sed doctrina, prudentia, probitate, aliisque magnis virtutibus insigniti eleguntur, prout ita quotidie fieri nos experientia docet, & exemplis confirmant Simanch. de Catholicis instit. tit. 3. 4. à num. 9. Sigismund. Scacc. de judiciiis lib. 1. c. 87. à num. 1. Eymeric. in director. Inquisitorum, part. 3. q. 1. Rojas de privilegiis Inquisitorum, num. 410. Ludov. à Paramo de origine Officij

pervenire possit, ne de eisdem cognoscere, & judicare se intromittant.

Contra Confessores, qui in sacris Confessionibus <sup>41</sup> confidentem ad libidinem provocaverint, cum male de Sanctissimo Pœnitentiæ Sacramento sentire censentur eo abutentes, uti de hæresi suspectos jure optimo hodie procedunt hæreticæ pravitatis Inquisitores. Ita Decian. tr. crim. lib. 6. c. 21. n. 42. & c. 23. n. 1. cum seqq. Navar. conf. 1. sub tit. de hæreticis. Sà in sum. verb. Confessio. n. 25. Pena in comment super Director. Inquisitor. p. 2. q. 56. comment. 81. ille quoque. Iacob. de Graffis conf. 1. sub tit. de cognitione spirituali. Petr. de Ledesma in sum. p. 1. de sacr. Pœn. c. 19. vers. sexta concl. Farinac. in praxi crim. q. 187 n. 28. Marc. Anton. Genuens. in praxi Archiep. Neapol. c. 66. n. 2. Henrique. in sum. lib. 6. c. 18. §. 4. & lib. 13. de excommunicat. c. 24. n. 2. lit. P. Ludov. à Paramo ad constit. Pij IV. lib. 3. q. 10. n. 159. Peirin. in privileg. Minimorum. tom. 2. constit. 4. Gregor. XV. §. 3. n. 6. Sanctarel. de hæresi. c. 44. dub. unic. n. 2. Diana p. 4. tract. 7. resol. 7. Emman. de Valle d. tr. de incantat. & ensalm. sect. 3. c. 2. num. 6. & latius cap. 3. à n. 10. Salzedo ad Bernard. c. 85. lit. A. & in novissima edit. Aloys. Ricc. in praxi aurea. resol. 440. Quarant. in summa Bullarij. verb. Confess. quod & justissimè ordinavit, ac decrevit Pius IV. qua iam sua Constitutione, cuius tenetum fideliter desumptum, ex archivo sanctæ Inquisitionis Generalis Ulyssiponis, copiam libri in qua continebatur sibi faciente Reverendissimo D. Antonio de Matos de Noronha Episcopo Elvensi, & Generali Inquisitore sanctæ Inquisitionis Regni Portugalie, refert Fr. Emman. qq. Regul. tom. 1. q. 59. art. 4. n. 2. q. 26. art. 1. & doctissimum super predicta Pij V. Bolla scholium edidit † Illustrissimus & Reverendissimus Dominus meus D. Rodericus à Cunha, olim <sup>42</sup> Portugalensis Episcopus, nunc vero Archiepiscopus Brachatensis. Hispaniarumque Primas, hac nostra temestate inter ceteros litteris, & prudentia clarissimus, eruditione singulari, & acerrimo judicio ornatus, qui opus doctissimum sanè super Jus Canonicum molitus est: quam quidem Bullam non ex Apostolica commissione S. D. Pauli V. ad id nuper specialiter emissim habemus, de qua Lusitanus noster Benedictus Ægidius in tr. de jure, & privil. hæreticis, art. 11. a. n. 18. ubi etiam agit an Confessarius crimen incestus committat cum ea, quam in Confessione audit.

Religiosus, sive Clericus matrimonium sive clam, sive publicè contrahens, si in Sacris sit constitutus <sup>43</sup> Ordinibus, non solum committit sacrilegium, sed etiam de hæresi suspectus est, itaut contra eum procedi possit per Inquisidores Sancti Officii. Ita Bern. in tract. c. 80. alias 84. n. 3. vers. redditur præterea suspectus, & ibi Salzed. lit. D. Decian. tract. crim. lib. 6. c. 22. de Clericis contrahentibus matrimonium, n. 11. Director. Inquisitor. p. 2. q. 49. pag. 305. ubi Peña comment. 74. §. jam apostata, Paramus de origine sanctæ Inquisitionis, lib. 3. q. 10. n. 75. Farin. in praxi crim. p. 5. q. 138. n. 94. Joseph. Sesse tom. 4. decis. 449. n. 8. Sousa in aphor. Inquisitor. lib. 1. c. 7. n. 16. Hier. Roder. compend. quast. Regul. resol. 3. num. 1. Diana p. 4. tr. 7. resol. 5. Trasmiera de polygam. lib. 2. q. 17. Azor. instit. moral. p. 2. lib. 13. c. 13. q. ult. Carol. de Grassi de effectibus Clericalibus, effectu 1. n. 1056. & effectu 5. n. 50. Emman. de Vall. d. sect. 3. c. 3. n. 9. Fr. Emman. qq. Reg. tom. 3. q. 1. art. 1. ubi an Inquisidores procedere possint contra Monachum nuptias contrahentem? Alphons. de Leone de potestate Confess. part. 1. res. 22. num. 15. casu 23.

Matrimonium contrahens simul cum duabus uxoris videtur male sentire de Sacramento, & contra eum tanquam contra suspectum de hæresi proce- <sup>44</sup>

Officij sancte Inquisitionis. lib. 1. q. 9. à n. 23. Fr. Didacus Morillo de las excellencias de Saragoça, tract. 2. c. 22. Cujus rei non vulgare testimonium nobis Lusitanis praestat Illustrissimus Dominus meus Ferdinandus Martius Mascarenhas, † cui primos meorum laborum fructus, & meipsum iure optimo devovi, vir & gentilitia nobilitate, & litteris insignis, qui postquam Conimbricensis Academiæ integerimus existit gubernator, & rector, & postquam Algarbiensem Ecclesiam dignissimus Præsul multis annis feliciter gubernavit, nunc Portugaliæ Regni Inquisitor generalis, viros integerimos, eruditos, & omni laude dignissimos sacris Tribunalibus praeficit, qui maturo semper consilio causas ad Fidem spestantes æqua lance judicant.

Jam hodie omne delictum hæresis spectat ad Inquisitores, privativè ad omnes alios judices, non excluso tamen judicio Ordinarii coassistantis Inquisitoribus in causa propriæ ovis, ut decrevit S. D. Paulus V. adhibitis severissimis penis contra Superiores Religiosorum intromittentes se ulterius hac de re cum suis subditis, eosque non defrentes illico ad sanctum Tribunal, prout refert Lusitanus noster Emman. de Valle de Moura de incantationibus, & ensalmis. sect. 3. c. 1. n. 50. me citato in hoc loco. Trulench. in exposit. Decalogi lib. 1. c. 3. dub. 5. num. 1. in fine, ubi n. 2. in princip. addit quod in terris, ubi sancta Inquisitio sita non est, ut in Gallia, Germania, & Polonia, Inquisitorum munus Episcopi præstant. Hodie præcipue in Hispania, soli Inquisitores cognoscunt: Episcopi autem per se, vel per Vicarios Inquisitoribus assistunt, & non possunt separatim ab Inquisitoribus de causis hæreticibus cognoscere. Ita Molin. de justit. tract. 5. disp. 28. num. 12. & 13. D. Acuña de Confess. sollicitant. quast. 2. n. 1. Sanctarel. de hæresi. c. 40. dub. 2. num. 5. Ioan. Valer. de different. inter utrumque forum, verb. hæresis, differ. 3. n. 2. Peña in direct. Inquis. part. 3. quast. 52. comm. 101. Sousa in aphor. Inquisit. lib. 1. c. 2. num. 11. qui omnes etiam resolvunt ad solos ipsos Inquisitores spectare processum formare, procedere, resque comprehendendi facere, atque in solo suo carcere custodire, itaut si Ordinarii eos comprehendant, teneantur transmittere ad Inquisitores, vel illos certiores facere, ut eum ad suos carceres adducant, & hoc idem ad Vicarium Capituli Sede Vacante loco Episcopi extendit Diana part. 4. tract. 6. resol. 33. Cùm ergo (ut supra vidimus) in proferendis sententiis Episcopi de se, vel per eorum Vicarios Inquisitoribus assistant, idem non poterit Inquisitor sine Episcopo cogere reum ad abjurationem, quia abjuratio quidem sua est, & condemnatio, Zanard. in direct. Theolog. part. 2. cap. 6. quast. 15. Azor. instit. moral. part. 1. lib. 3. c. 18. 9. 16. Molin. de justit. tract. 5. disp. 28. n. 10. Diana p. 4. tract. 8. resol. 46. Quicquid in contrarium teneat Ferdinand. de Castro in opere moral. tom. 1. tract. 4. disp. 8. p. 3. n. 17. Sic etiam non poterunt Inquisitores sine Episcopo proferre sententiam absolutoriæ Rei, ut per Sanchez de Cathol. instit. tit. 3. n. 9. & in enchirid. tit. 61. num. 2. Rojas sing. 27. num. 7. Azor. a. q. 16. Zech. in sum tract. 1. de fide, c. 11. num. 14. Diana d. resol. 50. contra Molin. d. disp. 28. num. 15. Et addit idem Diana ubi supra, resol. 126. in Regnis Hispaniæ solùm Inquisitores, & non Episcopos posse publicare edicta Fidei. Et quot sint casus directè, & reductivè ad tribunal sanctissimæ Inquisitionis spestantes, numerant Aloys. Ricc. in praxi fori Eccles. dec. 67. in 1. edit. & resol. 423. in 2. edit. Alphons. à Leone de officio, & potest. Conf. recollect. 12. & ultra casus numeratos aliquos adducam peculiaribus Summorum Pontificum Constitutionibus ad ipsos Inquisitores pertinentes, ut eorum notitia ad omnes

dunt Inquisitores contra hæreticam pravitatem, ut per Perez ad leges Ordinamenti, tit. 1. lib. 5. pag. 44. in fine. Menoch. de arbitr. casu 420. n. 114. & lib. 5. de presumpt. quæst 6. num. 47. Navar. cons. 1. de hæreticis, num 8. Azeved. l. 5. nam. 3. titul. 1. lib. 5. nova recopil. Guttier. pract. lib. 2. q. 8. num. 1. Henriquez in sum. lib. 11. c. 2. num. 1. & lib. 12. c. 6. n. 4. Farin. d. p. 1. q. 140. n. 24. Emman. de Valle d. sct. 3. cap. 1. n. 14. in princip. & cap. 3. num. 5. Scacc. de judic. cauf. lib. 1. c. 2. n. 55. Anton. Sousa in aphor. Inquis. lib. 1. c. 35. num. 18. Homobon. in exam. Eccles. part. 2. tralit. 21. c. 7. quæst. 18. Aloys. Bartiol. in aphor. lit. V, verb. uxor, §. 2. Diana part. 4. tralit. 8. resolut 4. Ioan. Escobar. de puritate probanda q. 2. num. 45. cum seqq. Trasmiera in tralit. de polygamia, lib. 2. q. 1. per tot. ubi quæst. 2. disputat, an quando non constat contrahentem duplex matrimonium errorem habere in intellectu, hic puniendus sit per Inquisitores, an verò remittendus fôro ordinario? Et q. 3. qualiter sunt suspecti contrahentes binas nuptias, ad actum tamen carnalem non devenientes & qualiter sint habendi talia atten- tantes, novissimè S. D. N. Urbanus VIII. in Breve incip. Magnum in Christo, 20. Iunij 1637. ulx a pœnas, quibus ordinariè puniri solent illi qui sub mentito no- mine, seu cognomine, adhuc vera uxore vivente, ad se- cundas nuptias transire audent, decernit ut hujsmodi sic delinquentes damnentur ad triremes in perpetuum, quod si inhabiles reperti fuerint, publicè fustigentur, & damnentur ad carceres in perpetuum: si vero pro qua- litate, & enormitate delicti graviores pœnas merue- rint, etiam Curia seculari arbitrio eorundem Congre- gationis universalis. & generalis Inquisitionis Car- dinalium puniendi tradantur.

45 Contra eos, qui cùm ad sacrum Presbyteratus Or- dinem minimè promoti sunt, Sacerdotis tamen au- thoritatem temerè sibi assumentes, Missatum celebra- tiones usurpant, & Sacramentum Pœnitentiæ Chri- sti fidelibus ministrare præsumunt, procedunt etiam Inquisitores contra hæreticam pravitatem. Ita Fr. Emman. qq. Reg. tom. 2. q. 27. art. 2. Bobad. in sua Politica l. 2. c. 17. n. 86. Euinan. de Vall. d. sct. 3. c. 3. n. 9. S. N. D. Urbanus VIII. per suas litteras in forma Bre- viss. incip. Apostol. officium, die 23. Martij 1628. am- pliavit constitutionem Clem. VIII. contra non pro- motos ad sacrum Presbyteratus Ordinem, sacramen- tales Confessiones audientes, aut Missam celebran- tes, Curiae seculari prævia degradatione trahendos, ad omnes etiam minores vigintiquinqueannis, dum- modò vigesimum ætatis annum compleverint. Scott. in Bull. Pont. epist. 162. theor. 403. Sanctar. de hæresi, c. 42. lib. 5. n. 5. Homob. in const. p. 1. respons. 105. vol. I. Sousa in opusc. de solicit. tr. 1. c. 9. n. 1. Diana p. 4. tr. 7. res. 11. & 12. Et addit Trasm. d. l. 2. q. 2. n. 55. idem contra celebrantes una die Missas plures absque le- gitima causa, & approbata, vel unam tantum post- quam comedent.

46 Ex concessione Gregorii XIII. qui ad instantiam Sebastiani Regis Portugaliæ, existente Cardinale Henrico ejus patruo, successoreque in Regno Inqui- sitore Generali, habent Lusitani Inquisitores cogni- tionem, & punitionem nefandi criminis cum ple- nissima potestate, & privativè ad omnes judices, & Superiores Ecclesiasticos, cumulativè tamen ad se- culares potestates, ut refert Emman. de Valle d. sct. 3. c. 1. n. 16. & infra alleg. 44 n. 30.

47 Contra perseverantes in excommunicatione per annum proceditur tanquam contra suspectos de hæ- resi leviter, ut per gloss. in c. contigit de dolo, & con- tum. Cov. in c. alma. p. 1. §. 7. n. 10. vers quartò, Marc. Ant. Genuensi. in praxi Archiep. Neap. c. 7. n. 5. Rojas sing. 60. n. 2. Sayr. de cens. l. 2. c. 10. n. 10. Sanctar. de hæ- resi, c. 4. dub. 4. n. 4. Diana part. 4. tr. 7. resol. 18.

Circa hæresis crimen tanta fides, & obedientia In- quisitoribus debetur, ut sæculares judices teneantur litteras, & illorum mandata celeriter exequi, & suum officium nullatenus impeditre; aliàs contrarium fa- cientes excommunicationem incurtere, decidunt text. in c. ut officium, §. statutus, & in c. ut Inquisicio- nis, in fine, de hæret. l. 6. resolvunt Simanch. de Catho- licis institut. tit. 23. n. 9. Carter. in praxi, tit. de hæ- reticis, §. circa secundum, n. 56. Lucerna Inquisitorum verb. impedientes, n. 1. Azeved. l. 5. n. 7. tit. 1. lib. 4. nova recopil. nam † judex sæculatis in causa hæresis me- ritus executor est, nec de processu, nec de sententia, aut mandato Inquisitoris, nec de crimine illo cog- noscere potest, etiamsi mortis pœna imponenda sit hæretico; quia totum hoc Inquisitoris prudentia re- linquitur, ita ut locus non detur revisioni. Ita Aloys. Ricc. in praxi fori Eccl. dec. 330. in 1. edit. & resol. 287. in 2. edit. Suar. de Paz in pract. tom. 2. pralud. 2. n. 30. Curia Philippica p. 3. §. 3. n. 19. Fr. Ludov. Miran- da de ordine judiciario, q. 1. art. 5. concl. 5. Mendez à Castro in praxi Lusitana, l. 2. c. 1. n. 16. & tenetur abs. que alia cognitione officium suum impetriri statim, & omni casu oculis, ut aiunt, clausis. Azeved. d. leg. 16. n. 9. Pegna in Direct. Inquisitorum, p. 3. comm. 8. † Si tamen inobediens fuerit, Inquisitor censoris, & pœnis eum compellere poterunt, Decian. tr. cri. min l. 5. c. 22. n. 21. Bobadil. in sua Politica, l. 2. c. 17. n. 81. Farinac. in praxi crimin. q. 97. n. 106. cum seqq. & de hæresi q. 1. 86. n. 162. Mendez à Castro d. c. 1. n. 16. Ex quibus jam sublata est theorica Bartoli in l. Di- vui, la 2. col. 2. n. 3. in l. non dub. ff. de custodia reorum, afferentis judicem sæcularem non teneri præcisè credere sententiæ, vel processui hoc casu, sed posse facere alia acta de novo, & ex illis hæreticum con- demnare, quia Magistratus, qui hujsmodi mandatis non obtemperat, & præstare auxilium recusat, est sus- pectus de hæresi, & ut hæreticus apprehendi, & ju- risdictione sua privati potest, Reb. tom. 2. ad l. Galli, tit. de litteris requisitoris, in princ. n. 20. Menoch. de presumpt. lib. 5. q. 6. n. 31. Unde bene Trasmiera d. n. de polygamia, lib. 2. q. 16. n. 5. cum seqq. resolvit quod capti per alios Iudices ex alio crimen, si de hæresi sint delati, debent statim Inquisitoribus eos postu- latibus remitti, & interim executio ratione aliorum criminum est suspendenda quoisque de hæresi cri- mine cognoscatur: & idem Trasmiera citato loco, à n. 3. tenet quod si contingat quem simul ab Inqui- sitoribus, ab Episcopo in causis Fidei citari, prius coram Inquisitoribus, ut majoribus judicibus, sui copiam facere tenetur.

## ALLEGATIO XLI.

Episcopus quibus in casibus excom- municationis ob violentam manuum in- jectionem in clericos absolvere pos- sit, & an possit dispensare, ut quis re- tineat beneficium obtentum tem- pore excommunicationis?

## S V M M A R I V M .

- 1 Excommunicatos pro violenta manuum injectione in clericos solus Papa absolvit.
  - 2 Episcopi hujsmodi excommunicatos absolvunt, quando percussio est levis.
  - 3 Percussio levis qua dicatur.
  - 4 Injuria levis judicanda est arbitrio boni viri.
- 5 Percussio

- 5 Percussio levis non dicitur, que in foro, platea, vel alio publico loco cum scandalo fit.
- 6 Impedimentum legitimum habens, propter quod excommunicatus non potest Summum Pontificem adire sine periculo vita, potest ab Episcopo absolviri.
- 7 Impedimentum justum habet is, qui ire non potest, licet mittere valeat pro absolutione.
- 8 Impedimentum justum quo ad hoc censetur habere, qui curam animarum, vel filios, aut uxorem habet, timetque ob suam absentiam damnum notabilem excepturos.
- 9 Inimicitias capitales etiam sua culpa contrahens, propter quas non valeat Romanum adire, potest ab hujusmodi excommunicatione per Episcopum absolviri.
- 10 Inimicitia capitales quae dicantur?
- 11 Inimicitia capitale oritur ex lite super omnibus bonis, vel majori illorum parte.
- 12 Accusatio criminalis inducit capitalem inimicitiam.
- 13 Status quaestio inducit capitalem inimicitiam.
- 14 Mortis, aut gravis infirmitatis periculum potest efficere, ut a quolibet sacerdote hujusmodi excommunicatus absolviri possit.
- 15 Absolutioni ab excommunicatione ratione articuli mortis, vel cuiusvis impedimenti imponenda est obligatio sub juramento ut cessante morbo, vel eo impedimento se presentet superiori, nisi illud impedimentum sit perpetuum.
- 16 Clerici collegialiter, seu communiter viventes, qui sese medioscri, & non enormi percussione affecerunt, possunt ab Episcopo absolviri.
- 17 Monachi, sive alijs Regulares se ad invicem persecutientes, per eorum Praelatos absolviri possunt, cum certis declarationibus: Episcopus tamen de aquitate eos etiam exemptos absolvit, n. 19.
- 18 Religiosus, qui percussit Clericum sacularem, debet ab Episcopo absolviri, quando percussio est levis.
- 20 Filij impuberes possunt ab hujusmodi excommunicatione per Episcopum absolviri.
- 21 Aetatis ob fragilitatem mitius quis puniatur.
- 22 Ianitor, seu officialis turbam arcendo non ex deliboratione, ab hujusmodi excommunicatione potest per Episcopum absolviri.
- 23 Inopes ab hujusmodi excommunicatione quando possint per Episcopum absolviri?
- 24 Pauper quis dicatur?
- 25 Aeger quacunque corporis impotentia impeditus quando ab hujusmodi excommunicatione possit per Episcopum absolviri.
- 26 Aegri qui dicantur.
- 27 Senex a predicta excommunicatione quando possit per Episcopum absolviri?
- 28 Senes qui dicantur?
- 29 Existens in potestate alterius, qualis est servus, vel filius famil, potest ab hujusmodi excommunicatione per Episcopum absolviri.
- 30 Mulieres cuiuscunq; sint etatis, & conditionis, ab excommunicatione possunt per Episcopum absolviri.
- 31 Pontificem Summum non valens adire pro absolutione hujus excommunicationis, an teneatur adire Legatum.
- 32 Inferior ab Episcopo quando possit ab hac excommunicatione absolvere.
- 33 Dispensare an possit Episcopus, ut quis retineat beneficium obtentum tempore excommunicationis, ostenditur.
- 34 Dispensare non potest Episcopus, ut quis retineat beneficium obtentum tempore excommunicationis, quando collatio esset facta per Papam.
- 35 Beneficium Episcopus scienter conferens excom Barbosa de Episc. Pars II.

- 36 municato non potest dispensare, ut illud retineat.
- 36 Dispensare non potest Episcopus, ut quis retineat beneficium obtentum tempore excommunicationis, quando simul cum excommunicatione concurrit intrusio.
- 37 Episcopus non potest concedere, ut cum excommunicate communicetur.
- 38 Excommunicatus tenetur vitare Episcopus, prout ceteri.

**N**CIDENTES in excommunicationem pro violenta manuum injectione in clericum a solo Papa absolutionem consequi possunt, ut probant text. in cap. si quis suadente, 17. quast. 4. & in cap. cum illorum, de sentent. excommunicat. de quorum Iurium materia latè agunt Navar. in man. cap. 27. n. 76. cum seqq. Tolet. in instruct. Sacerd. lib. 1. c. 31. Percz l. 1. tit. 3. lib. 1. Ordin. pag. 61. Ludov. Beja respons. casuum consc. part. 1. casu 46. & casu 60. Cened. ad Decretum collect. 24. Læl. Zech. de privileg. Eccles. privil. 155. Carol. de Grassiis de effectib. cler. effectu 9. à num. 148. Jacob. de Graffiis in aureis decis. part. 1. lib. 2. cap. 49. Suarez tom. 5. de censur. disp. 21. Sayr. cod. tract. lib. 3. cap. 26. & seq. Molin. de justit. tom. 4. disp. 52. Bonac. de censur. disp. 4. & de censur. extra Bull. Cœna contentis, disput. 2. q. 3. puncto 6. sect. 5. n. 1. Portel. in dubiis Regular. verb. manus violentæ. Paul. Layman. in sum. Theol. moral. lib. 1. tract. 5. p. 2. c. 5. Squillante de priv. Cler. c. 6. Molin. de just. tract. 3. disp. 59. Bellet. disquisit. clerical. p. 1. tit. de favore Clericorum Canonis.

Aliquando tamen possunt Episcopi a predicta excommunicatione reservata absolvere, quando scilicet percussio est levis, iuxta text. in cap. pervenit de sentent. excommunicat. & quæ resolvunt Viv. tom. 1. commun. opin. lib. 1. titul. 12. n. 20. vers. sed antedicta conclusio, pag. 196. Guttier. canon. lib. 1. c. 5. n. 11. cum sequentib. Ioan. Garcia de nobilit. gloss. 9. n. 40. cum seqq. latè Sayr. de censuris lib. 3. cap. 28. cum seqq. Jacob. de Graff. d. c. 49. n. 5. 1. cum seqq. Bonac. d. q. 4. puncto 5. Bellet. d. tit. de favore Clericorum Canonis, §. 3. à n. 33. Carol. de Grassiis d. effect. 9. à num. 173. Paul. Layman. d. cap. 5. num. 10. Molin. d. disp. 59. vbi n. 2. post Panorm. & Felin. in d. cap. pervenit, & Sylvest. verb. Absolutio 4. num. 5. resolvit Praelatum, qui Episcopus non sit, esto jurisdictionem quasi Episcopalem habeat, absolvere non posse ab hac excommunicatione, esto injuria percussionis, ob quam fuerit incursa, levis fuerit, Bonacina d. puncto 6. sect. 5. num. 3. ubi n. 4. post Molin. d. disp. 59. n. 2. Reginald. lib. 1. n. 238. Lazar. de monitor. disp. 1. q. 6. resolvit Vicarium generalem posse per seipsum absolvere, & date aliis facultatem absolvendi.

Percussio levis regulariter illa dicitur, quæ fit pugno, palma, manu, pede, digito, baculo, vel lapide, quæ nullam maculam, vel fugillationem carnium relinquit, vel quæ fit absque abscissione membra, sine effractione dentis, sine evulsione multorum capillorum, sine effusione multi sanguinis, ut patet ex Extravag. Ioan XXII. quem refert Nav. in man. c. 27. n. 92. Pias. in praxi nova Episc. part. 2. cap. 1. n. 14. & resolvunt Philiarch. de officio Sacerdot. p. 1. lib. 3. c. 33. fol. 172. Molin. d. tom. 4. disp. 57. n. 1. Sayr. d. lib. 3. c. 29. n. 8. Jacob de Graff. d. c. 49. n. 5. 1. Bonac. d. puncto 5. n. 2. Layman. d. c. 5. num. 10. Et denique levius injuria judicanda est arbitrio boni viri, seu Judicis, id est Episcopi, ex circumstantiis personarum, locorum, temporum, modi percussionis, & lassionis, ut tenent citati a Belletto d. §. 3. n. 34. & Sayr. d. c. 28. n. 5. quibus addo Molin. de Inst. tr. 3. disp. 57. Squillante d. c. 6. n. 100. Guttier. Canon. lib. 1. c. 15. n. 14.

5 Ex quibus decidenda venit quæstio illa, an dicatur levis percussio quæ in foro, platea, vel alio publico loco cum scandalo sit? In quo gloss. verb. *mutilationem*, in dict. cap. *cum illorum*, tenet percussum in platea, vel in Ecclesia, etiam leviter, dici atrociter injuriatum, propter quod sic percutiens non potest per Episcopum absolviri, quia hujusmodi non potest dici levis, ex quo est notitia, sequitur ibi Abb. num. 9. Sylvest. verb. *Absolutio* 4. in princip. Iacob. de Grassis d. cap. 49. num. 56. Bellet. d. §. 3. à num. 36. Bonac. d. quæst. 4. puncto 5. n. 2. vers. *mediocris*. Atrox enim injuria dicitur, si percutiatur aliquis in platea, vel in theatro, §. atrox. *Instit. de injur. l. Prator. §. atrocem*. ff. eodem. Hippol. sing. 549. Quamvis contrarium, imò hujusmodi percussionem dici levem, quæ sit in publico, & ab ea posse Episcopum absolvire, nisi in se fuerit percussio notabilis, & magnum aliquod generaret scandalum, teneant Card. conf. 42. Lap. alleg. 76. Navar. d. c. 27. n. 92. Marc. Anton. Genuens. in præl. Archiep. Neap. c. 80. per totum, Guttier. d. lib. 2. cap. 5. num. 17.

Dantur etiam aliqui casus, in quibus potest Episcopus absolvere, etiamsi percussio sit mediocris, vel enormis, quos quatuor versiculis recenset Abb. in d. cap. *cum illorum*, num. 1. & etiam adducunt Sayr. d. cap. 28. Novar. d. c. 27. num. 91. Bellet. d. §. 3. Bonacina q. 4. puncto 5. n. 3. Squillante d. cap. 6. num. 106. cum seqq.

6 Primus casus est de habente legitimum impedimentum propter quod excommunicatus non possit Summum Pontif. adire sine gravi periculo vitæ, ut probat cap. *de cetero, de sentent. excomm.* Henriquez in sum. lib. 6. de Pœnit. c. 11. n. 5. Suarez tom. 4. disp. 30. sect. 3. num. 4. Molin. d. tom. 4. disp. 63. n. 2. Bellet. d. §. 3. num. 12. Bonac. d. puncto 5. num. 3. vers. tertius, & d. sect. 5. num. 10. Sayr. d. c. 18. num. 39. Hieron. de Monte quæst. 25. n. 29. & 30. Carol. de Grassis d. effectu 9. num. 181. & num. 158. Sanchez in præcepta Decalogi lib. 2. cap. 13. num. 9. Zambran. de casibus in articulo mortis, c. 4. dub. 4. n. 14. Molin. d. tract. 3. disp. 64. à princ.

7 Iustum impedimentum habet is, qui ire non potest, licet mittere valeat pro absolutione, Henriq. d. lib. 6. cap. 9. num. 7. & lib. 23. de excommun. cap. 29. num. 3. Vgolin. de censuris Pontifici reservatis, p. 3. c. 2. verb. nisi in mortis articulo, §. 4. n. 1. vers. item habet locum, & de censur. tab. 1. c. 4. num. 13. in fin Sanchez d. c. 13. num. 41. Bossius discept. moral. discept. 1. num. 1. Molin. d. tract. 3. disp. 64. n. 6. vers. observat. Bonac. d. sect. 5. num. 10.

8 Deinde iustum impedimentum quoad hoc censetur habere, qui curam animatum habet, si timet eas ob suam absentiam damnum notabile accepturas, nisi tamen idoneum Vicarium constituere possit. Vel qui ad Papam pro absolutione profici sci tenetur, habeat uxorem, & filios, quos in extremâ necessitate reliquos agnoscat, Sayr. d. c. 28. n. 38. Molin. d. tract. 3. disp. 64. num. 6. in princip.

9 Vnde si quis propter capitales inimicitias non possit Romam adire, etiamsi eas contraxerit ex sua culpa, potest ab Episcopo absolviri, dict. cap. *de cetero*, ibi, *capitales inimicitias*, vbi Ego ipse in collect. num. 2. Sylvest. verb. *Absolutio* 4. n. 3. vers. *quarius*, Tolet. in sum. lib. 5. c. 8. num. 2. vers. *quarto ista*, Sayr. d. c. 28. num. 16. Carol. de Grassis dict. effectu 9. num. 158. Bellet. d. §. 3. num. 12. & num. 18. Bonacina dict. n. 3. vers. tertius, Sanchez in præcepta Decalogi, tom. 1. lib. 2. cap. 13. num. 9. Zambran. de casibus in articulo mortis, cap. 4. dub. 4. num. 14. me citato in hoc loco, Bossius d. discept. 1. num. 130. † Inimicitiae capitales quæ dicantur, vide Bart. in l. 3. §. vlt. ff. de adimendis leg. & in l. licet, vbi gloss. capitales, ff. de arbitrio. Abb. vbi

gloss. magistra verb. *Inimicitias*, in cap. *per tuas*, 32. de simonia, Menoch. de arbitr. casu 239. n. 8. & 11. Card. Mantica de conjectur. ultimar. volunt. lib. 12. tit. 5. n. 14. Fr. Emman. quæst. Regul. tom. 2. q. 15. art. 3. Flamin. de resignat. lib. 5. q. 3. n. 258. Cardof. in præxi judicum, & advocat. verb. *Inimicitia*, à n. 1. & verb. *testis*, n. 15. Menoch. de presumpt. lib. 3. q. 37. n. 26. cum seqq. Farinac. in præxi crimin. q. 49. n. 1. cum seqq. Ordin. Regia Lusitan. lib. 3. tit. 56. §. 7. vers. declaramus ser. enemi. go capital, &c. † Ex lite super omnibus bonis, vel majori illorum parte oritur inimicitia capitalis. Viv. tom. 1. communium opin. lib. 4. tit. 10. n. 137. vers. & sic secundum omnes, pag. 528. Menoch. d. casu 239. n. 11. & de presumpt. lib. 3. q. 42. n. 5. Mascard. concl. 898. n. 7. Tiber. Decian tract. crimin. lib. 3. c. 25. num. 55. & 57. tom. 1. Farinac. d. q. 49. à n. 1. Item † ex criminali accusatione, Hippol. conf. 8. n. 7. & in l. 1. n. 56. vers. item dicuntur capitales inimici, & num. 57. ff. de quæst. Lanfranc. in repet. cap. quoniam contra. de probat. verb. testium depositiones, n. 50. Menoch. de presumpt. lib. 1. q. 45. n. 4. Mascard. concl. 898. n. 1. & 16. & concl. 899. Decian. d. c. 25. n. 43. cum seq. Farinac. d. q. 49. à n. 21. Stephan. Gratian. Marchia decis. 133. num. 21. Item † contrahitur inimicitia capitalis, si moveatur quæstio status, Hippol. conf. 3. n. 11. Burg. conf. 22. n. 11. Mascard. concl. 898. n. 6. Menoch. de presumpt. lib. 3. q. 42. n. 2. Farinac. d. q. 49. n. 23. Fr. Emman. d. q. 15. art. 3. vers. 7. Et ex verbis injuriosis, Viv. d. n. 137. vers. imò inimicitia, pag. 528. Hippol. in l. 1. §. præterea, n. 57. vers. item oritur etiam capitalis inimicitia ex verbis injuriosis, ff. de quæst. Mascard. concl. 898. n. 24. & 41. Menoch. d. q. 42. n. 17. Diana d. c. 25. n. 52. Farinac. d. q. 49. à num. 38.

Hinc etiam quando imminet periculum mortis, ut quando excommunicatus gravi laborat infirmitate, potest à quolibet sacerdote absolviri non solum ab excommunicatione ob violentam manuum injectiōnem in clericos contracta, ex adductis per Molin. de justit. tract. 3. disp. 63. Bonac. d. sect. 5. n. 11. sed etiam ab alia quacunque, juxta ea quæ habentur alleg. 25. n. num. 25.

Notandum tamen est, quod absolutio ratione articuli mortis, aut cuiusvis impedimenti à quacunque excommunicatione, sive juris, sive hominis reservata, sive Pontifici, sive cūcunque inferiori, teneatur Confessarius injungere, ut cessante morbo, vel eo impedimento, se præsentet Superiori, qui ex ea eum casum de iure poterat illum absolvire, & hoc se præsentandi onus est sub juramento imponendum, non ut iterum is ab excommunicatione absolvatur, quia plenè ab illa absolutus est, sed ut Superior convenientem medicinam adhibeat, satisfactionemque imponat, si imponendam judicaverit. Vide Henriq. d. cap. 11. §. 5. Suarez tom. 4. disput. 30. sect. 3. num. 6. & tom. 5. disp. 22. sect. 1. num. 62. Sanchez d. cap. 13. num. 24. cum seqq. Verum tamen est, clericis collegialiter viventibus, filiis impuberibus, Religiosis, & officialibus Principum arcentibus turbam, item & perpetuum impedimentum habentibus, propter quod non possunt adire Summum Pontificem, de quibus omnibus infra, non esse injungendum præceptum præsentandi se Sedi Apostolice, in illis casibus in quibus possunt ab Episcopo absolviri; gaudent enim peculiari privilegio, ut advertit Bonacina dict. quæstione 4. puncto 5. num. 3. vers. advertendum est secundò, Sanchez dict. lib. 2. cap. 13. num. 26. Hombon. de Bonis de examine Eccles. part. 1. tract. 5. cap. 4. quæst. 26. vers. quartò licet, Duard. d. quæst. 10. num. 18. Philibert. Marchin. de bello divino, part. 3. cap. 3. num. 18. me citato in hoc loco, novissimè Bossius in discept. moral. discept. 1. num. 173. cum seqq. & num. 202.

Secundus

16 Secundus casus est de clericis collegialiter, seu communiter viventibus, qui sese mediocri, & non enormi percussione affecerunt; hi enim ab Episcopo absolvi possunt, ut probat text. in cap. quoniam, de vita & honestat. cleric. Bellet. d. tit. de favore cleric. can. §. 3. num. 5. Suar. d. disp. 22. n. 71. Filliuc. tom. 1. tract. 15. c. 1. n. 39. me citato Boss. d. discept. 1. n. 188. cum seq. Bonac. diet. num. 3. in princip. & sect. 5. n. 9. Bellet. d. §. 3. n. 5. Navar. d. cap. 27. n. 91. in princip. Layman. d. c. 5. n. 10. Squillante d. c. 6. n. 106. in casu notabili, Guttier. Canonic. lib. 1. c. 5. n. 18. ubi de duobus Canoniciis se adinvicem percutientibus in eadem Ecclesia, in qua quotidie ad divina Officia celebranda conveniebant, quod tanquam communiter ac simil viventes reputentur in proposito ad hoc ut eos tanquam de injuria mediocri possit Episcopus Diocesanus absolvere, ut in dict. cap. quoniam.

17 Monachi tamen, sive alij Regulares se adinvicem percutientes, per eorum Prælatos sunt absolvendi, cap. Monachi 2. cap. cum illorum, §. qui si claustrales, de sentent. excomm. Navar. Bonac. Layman. & Bellet. dict. locis, Fr. Emman. quest. Regul. tom. 1. q. 20. art. 12. ubi addit quod verba d. cap. Monachi, ibi, in claustro, non ponuntur quasi innuant; quod si extra claustra se percutserint, ab Episcopo, & non à suo Prælato debent absolvi; sed quia hoc crebrius in claustro contingit: deinde advertit; quod si Superior aliquis percutserit suum subditum, potest ipsum secundum privilegia absolvi ab alio Sacerdote subdito suo, electo ab ipso in Confessorem, & si subditus, & Prælatus se ad invicem percutserint, & in Conventu non sit aliquis, qui eos possit absolvere, possunt adinvicem se absolvere, de quo etiam Coriolan. de casibus reservatis part. 2. casu 10. de judic. Regul. §. 10. n. 17. vers. nam licet, advertens quod licet de Iure communi excommunicatus non possit alium pariter excommunicatum absolvere, ex notatis in cap. audi vimus, 24. q. 1. in casu tamen necessitatis, ubi non est alius Religiosus, qui possit eos absolvere, potest excommunicatus alium excommunicatum absolvere, ex quo idem Coriolan. dict. loco, n. 26. resolvit percutientem excommunicatum incurrere in excommunicationem, quia excommunicatus retinet Ordinem ratione cuius inducta est immunitas, de qua etiam Carol. de Grassi de effectibus clerical. effectu 9. n. 120. quem refero Ego ipse in Collect. ad c. 1. n. 2. in fine, de sentent. excom. & idem Fr. Emman. d. q. 20. art. 19. observat, quod si Prælatus Regularis non sit Sacerdos & nullus alius sit Sacerdos Regularis in Conventu, vel si sit excommunicatus, aut aliter impeditus, potest ejus subditus absolvi ab Episcopo à minori clericorum laetione. Si vero Monachum alterius Monasterij alius Monachus percutserit, per Abbatem utriusque Monasterij debet absolvi, d. cap. cum illorum, §. si vero claustralis. & ibi Abb. n. 13. & Host. n. 14. Advertas tamen, quod Abbas non absolvit novitium incidentem in excommunicationem Canon. si quis suadente, ante religionis ingressum, Tiraq. de retrahit lig. §. 1. gloss. 8. num. 31. Quicquid dicat Bonacina de censur. disp. 2. q. 4. punct. 5. num. 1. prope finem.

18 Si vero Regularis percutserit clericum sæcularem, debet ab Episcopo absolvi, quando percussio est levis, cap. religiosi, de sentent. excomm. in 6. Fr. Emman. quest. Regul. tom. 1. quest. 20. art. 12. Molin. de Inst. tract. 3. disp. 60. n. 4. Quicquid dicat Bonacina dict. sect. 5. n. 9. vers. major. Quamvis enim Prælatus Regularis Monachos sibi subditos se adinvicem percutientes absolvendi jus habeat, juxta supradicta. Episcopus tamen de æquitate eos etiam exemptos ab excommunicatione d. c. si quis suadente, absolvere potest, Sylvest. verb. Absolutio 5. num. 2. & 3. Bellet. dict. §. 3. num. 7.

Item si Monialis Monialem, vel Conversum, aut Clericum percutserit, per Episcopum in cuius Diœcesi Monasteria fuerint, absolvi potest, cap. de Monialibus, ubi gloss. fin. & Doct. de sent. excommun. Sylvest. verb. Absolutio 4. n. 3. Bellet. d. §. 3. n. 4. qui hoc procedere assertunt, tam in exemptis, quam in non exemptis, me citato in hoc loco, Boss. in discept. mor. discept. 1. num. 79.

Tertius casus est de filiis impuberibus; isti enim possunt ab Episcopo absolvi non solùm ab excommunicatione levis, sed etiam mediocris, & enormis percussionis factæ tempore impubertatis, cap. ultim. de sent. excommun. Bellet. d. §. n. 20. Carol. de Grassi d. effectu 9. n. 172. Bonacina d. n. 3. vers. quintus casus, Aloys. Ricc. in dec. Curia Archiepisc. Neapol. part. 5. decis. 22. Squillante d. c. 6. sub n. 107. vers. præcipue pueros, me citato in hoc loco, Boss. d. discept. 1. n. 103. cum seqq. & à n. 186. Molin. d. disp. 59. n. 3. Bonacina d. sect. 5. num. 12. † mitius enim quis punitur ob fragilitatem ætatis, Duen. reg. 259. Tiraquel. de pœnis temper. causa 7. Cald. Pereira in l. si curatorem. verb. vel adversarij dolo, à num. 59. Molina d. tom. 4. disp. 56. num. 6. Aloys. Ricc. in collect. decis. p. 5. collect. 1845. Unde clerici impuberis adinvicem se percutientes possunt ab Episcopo absolvi, ut per Bellet. d. n. 20. Molin. de Inst. tract. 3. tom. 4. disp. 59. quos refero Ego ipse in collect. ad cap. 1. n. 2. de sent. excommun. ubi num. 6. cum Gloss. & aliis intelligo si sint dolii capaces, alias ab excommunicatione excusatentur. Fagund. in quinque Eccles. prac. p. 2. lib. 1. cap. 3. n. 12. in med.

Quartus casus est de janitore, seu Officiali turbam arcente, non ex deliberatione, sed fortuito casu clericum lædente, qui potest ab Episcopo absolvi, nisi forte graviter vulneraverit, cap. si vero §. officialis, de sent. excommun. Sayt. d. lib. 3. c. 28. num. 27. Coninch. de sacram. & censur. tom. 2. disp. 14. num. 193. Bonac. d. num. 3. vers. secundus, Bellet. d. §. 3. n. 22. Molin. d. tract. 3. disp. 62. n. 2. Navar. d. c. 27. n. 91. Filliuc. citato loco, n. 39. idem Bonac. d. sect. 5. num. 9. vers. secundus casus.

Quintus casus est de inope, id est tanta paupertate gravato, quod Romam pro absolutione accedere non possit; is enim si clericum percutserit, potest ab Episcopo absolvi, cap. quod de his, cap. quamvis, de sent. excommun. Tolet. d. c. 8. n. 2. vers. quartò ista. Hier. de Monte d. quest. 15. à n. 6. Carol. de Graff. d. effectu 9. num. 164. me citato in hoc loco, Boss. discept. 1. n. 110. cum seqq. Bellet. d. §. 3. num. 24. ubi cum Hostiensi in d. cap. quod de his, n. 1. & Abb. in cap. ea noscitur, num. 5. de sentent. excommun. resolvit hoc habere locum in eo paupere non mendicante, sed vivente ex suo artificio, de quo etiam Azeved. l. 2. num. 46. tit. 18. lib. 4. recopilat. † Pauperes enim dicuntur non solùm Mendicantes, sed etiam habentes congruam sustentationem, qui tamen attento statu personæ, & dignitate videntur indigere, Batt. in l. 1. num. 35. C. de sacrosanct. Eccles. Lara in l. si quis à liberis, §. sed si filius, n. 44. ff. de liberis agnos. Tiraquel. de pia causa in prefat. pag. 10. D. Barbosa in l. maritum, num. 6. ff. soluto matrim. Surd. de alimentis, tit. 1. quest. 93. n. 30. & tit. 7. quest. 9. à n. 29. decis. 61. num. 2. Mascard. de probat. conclus. 1154. num. 14. Spin. in speculo testam. gloss. 6. num. 10. Mexia in tract. tax. panis, conclus. 1. num. 46. ubi etiam resolvit, data paupertate potius nobili, quam ignobili succurrentum, Bernard. Grævæ. ad practicam Camera Imper. l. 1. conclus. 42. confid. 1. num. 2. & Surd. dict. quest. 9. num. 33. assertit pauperem dici, qui habet multas filias nubiles. Denique an quis pauper dicatur, judicis discretioni committitur, qui attenta personatum, & circumstantiarum qualitate arbitrabitur, Menoch. de arb.

cas. 65. & de pref. lib. 6. quast. 25. Surd. d. tit. 7. q. 9.  
n. 10. Mascard. d. concl. 1154. Perez l. 1. vers. ex qualitate, tit. 1. lib. 3. Ordin. pag. 461. Seraph. de privilegiis jurament. privil. 4. n. 98. Molin. de primog. lib. 2. c. 16.  
n. 47. D. Barbosa in d. l. matrem, n. 6. Farinac. in praxi crimin. q. 17. n. 93. & seqq. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloss. 2. n. 43. Scacc. de appellat. q. 17. limit 40. num. 8  
plures per Flores de Mena var. lib. 2. q. 21. n. 130. & me citato Bossius d. discept. 1. n. 117. Et paupertatis plura privilegia referunt Rebuff. priv. 9. Paul. Montan. de tutelis cap. 36. gloss. 2. num. 4. Cened. part. i. collect. 27. a num. 2.

<sup>25</sup> Seximus casus est de agro, sive valetudinatio, aut quacunque corporis impotentia impedito, & à fortiori membris destituto, qui ab Episcopo suo absolviti possunt ab excommunicatione ob violentam manuum injectionem in Clericos incursum, etiamsi infirmitas temporalis sit, vel non immineat periculum mortis, putata in febre tertiana, quartana, vel podagra. Ita Abb. & Innoc. per text. ibi in d. c. quod de his, Carol. de Grassi d. effectu 9. n. 162. Sylvest. d. verb. Absolutio 4. n. 3. vers. nonus, Sayr. d. c. 28. n. 24. Bellet. d. §. 3. n. 25. me citato in hoc loco, Bossius d. discept. 1. num. 81. & 82.

<sup>26</sup> Infirmi. & valetudinarii dicuntur ex consilio Medicorum, Roland. conf. 22. n. 20. ad finem, l. 3. Menoc. de arbitr. casu 60. Farinac. in praxi crimin. part. 2. q. 76. n. 90. Boss. de triplici Iubilai privilegio. sect. 4. casu 21. n. 92. usque ad 116.

<sup>27</sup> Septimus casus est de senecte, qui à praedicta excommunicatione per Episcopum absolviti poterit, cap. ea noscitur, 12. de sent. excom. ibi, senes, Ego ipse in collect. ad illum text. n. 3. ubi amplio etiamsi fortis sint ad ambulandum. Sylvest. verb. Absolutio 4. n. 3. vers. decimus, Carol. de Grassi d. effectu 9. à n. 160. Sayr. d. c. 29. n. 25. Belletus dict. §. 3. n. 26. me citato in hoc loco, Bossius d. disc. 1. n. 85. Senes qui dicantur, arbitrio judicis relinquuntur, Menoc. de arbitr. casu 59. &

<sup>28</sup> de presumpt. lib. 6. q. 46. num. 25. Flamin. de refutation. lib. 5. quast. 6. à num. 4. ubi q. 3. num. 47. afferit quod senectus, & morbus à pari procedunt, imò senes dicuntur perpetuò infirmi, Monteleon, in tract. de priv. senect. cap. 5. Thom. Act. de infirmis, c. 19. & Farinac. in praxi crimin. part. 4. q. 92. n. 22. refert senem dici ab anno 50. perfecto, usque ad annos 70. Senum multa privilegia enumerat ultra aliquos ex citatis, Paleoth. in speciali tract. de senect. Stephan. Gratian. disceptat. forens. cap. 328. à num. 1. Pineda in vita D. Ioannis Baptista, lib. 2. art. 1. c. 9. § 139. pag. mibi 98.

<sup>29</sup> Octavus casus est de existente in potestate alterius, qualis est servus, & filius famili. modò Dominus grave damnum inde patiatur absque sua culpa ex servi absentia, cap. mulieres 6. de sent. excomm. Carol. de Grassi d. effectu 9. num. 167 Bonacina d. quest. 4. pun. 5. num. 3. vers. septimus. Bellet. d. §. 4. n. 29. me citato in hoc loco, Bossius, d. discept. 1. n. 119. cum seqq. Molin. d. tract. 3. disp. 64. n. 2. cum seqq. idem Bonac. d. sect. 5. n. 14.

<sup>30</sup> Nonus casus est de mulieribus cujuscunque sint etatis, & conditionis: possunt enim à locorum Ordinariis absolviti, cùm illis periculoso sit peregrè proficiisci, & se vivorum coetibus iminiscere. d. cap. mulieres, dict. c. ea noscitur, Navar. d. c. 27. n. 88. Tiraquell. l. 10. connub. gloss. 1. part. 16. n. 53. Sayr. dict. lib. 3. c. 28. n. 18. vers. tertius casus, Hieron. de Monte q. 15. num. 6. Carol. de Grassi d. effectu 9. num. 159. Bellet. d. §. 3. n. 17. Bonac. d. n. 3. vers. sextus, Duard. d. q. 8. n. 2. me citato in hoc loco, Bossius in disc. moral. discept. 1. n. 78. Molin. d. disp. 59. n. 3. Bonac. d. sect. 5. num. 13.

<sup>31</sup> Advertendum est eum, qui non potuit Summum

Pontificem adire ob legitimum impedimentum, non posse ab Episcopo absolviri, quando potest saltem adire Legatum, aut alium habentem facultatem absolvendi ab hujusmodi excommunicatione reservata Summo Pontifici, Navar. d. c. 27. n. 88. vers. ad quartam, Sayr. d. lib. 3. c. 28. n. 39. Bonac. d. n. 3. in fine, & d. sect. 5. n. 17.

Deinde advertendum est, supradicta non solùm procedere in proprio Episcopo, sed etiam in quoconque alio extraneo Episcopo, in cuius diœcesi percussio contigerit, ut per Capell. Tholosan. decis. 231. Item fuit quasitum, Gutier. canon. lib. i. cap. 5. n. 11. sed inferiorem Episcopo non posse absolvere excommunicatum pro levi iniuria illata in personam Clerici, vel existente aliquo ex prædictis impedimentis, resolvunt Hieron. de Monte d. q. 15. num. 19. & 30. Carol. de Grassi d. effectu 9. num. 181. Nisi in articulo mortis, ut per eundem Carol. de Grassi d. loco, num. 153. Bellet. d. §. 3. num. 9. vel quando Episcopus in specie mandaverit suo Vicario, ut possit absolvere ita excommunicatos, Sbroz. de Vicario Episcopi lib. 2. quast. 180. num. 2. & seqq. vel alicui Vicario ad id specialiter deputato, Bonacina d. pun. ito 5. n. 4. vers. addo.

Advertit Molin. d. tract. 3. disp. 64. n. 7. antequam Episcopus in eventibus omnibus explicatis absolvat illum, qui est absolvendus, debere satisfacere Ecclesiastico, qui injuriam est passus, si ad aliquam satisfactionem ei efficiendam teneatur, & commode possit illam efficere, aut certè præstare debet cautionem si satisfacere non possit, juratoriam saltem, quando aliam præstare non potuerit, quod satisfaceret cum primùm potuerit præstare: item præstare debet iuramentum quod cessante eo impedimento, accedit cum primùm poterit; cap. ea noscitur, cap. quod de his, de sent. excomm.

Vtrum autem possit Episcopus dispensare, ut quia retineat beneficium obtentum tempore excommunicationis, non abs te erit investigate, in quo dubio gloss. verb. dispensatum, in cap. postulatis, de Cler. excomm. minist. tener quod sic, ex reg. quod omnis dispensatio, quæ non reservatur Papæ, potest concedi ab Episcopo, argument. cap. nuper. de sentent. excomm. at qui in dict. c. postulatis, dispensatio non reservatur Papæ: Ergo, &c. sequuntur ibi Abb. num. 8. & Rebuff. n. 64. Covar. in cap. alma mater, part. 1. §. 7. num. 8. Vgolin. de censur. tab. 2. c. 13. n. 21. Suarez tom. 5. disp. 13. sect. 1. n. 34. Azor institut. moral. part. 1. lib. 6. cap. 7. quast. 2. Anton. Ricciul. de jure personarum extra gremium Ecclesiae existentium, lib. 4. cap. 12. n. 5. ubi n. 6. cum Suarez citato loco, n. 36. extendit ut procedat etiam in eodem Episcopo, qui contulit beneficium excommunicato, ignoranter tamen, & bona fide putans illum, cui facta est collatio, non esse excommunicatum: & num. 7. cum Abb. in d. c. postulatis, n. 9. vers. intellige, extendit secundò, ut procedat etiamsi collatio non spectet ad Episcopum, sed ad inferiorem collatorem, quia nihilominus sufficit dispensatio Episcopi, quod tamen intelligunt Covar. d. §. 7. num. 8. vers. ego verò admitterem, & Suarez d. num. 36. vers. addit. Panormit. dummodo is, ad quem spectat collatio, dispensationi consentiat, & non alias.

Limita tamen primò, quando collatio esset facta per Papam; tunc enim non posset inferior etiam dispensando se ingerere, per Abbatem in d. cap. postulatis, sub num. 10. vers. sed si collatio. Rebuff. ibid. n. 66. Covar. d. §. 7. n. 8. vers. quod si Romanum Pontif. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloss. 54. n. 22. Nicol. Garc. de benef. part. 7. cap. 13. num. 78. Ricciul. dict. cap. 12. num. 9.

Limita secundò in eo Episcopo, qui scienter constituit

tulit beneficium excommunicato, ut per Abb. in d. cap. postulasti, n. 9. versic. dum tamen Sylvest. in sum. verb. excomm. 3. n. 1. vers. 3. Ricciul. d. c. 12. n. 10. Quicquid teneant Suat. d. scilicet. 1. n. 36. & Nicol. Garcia d. c. 13. à n. 84.

36 Limita tertio, quando simul cum excommunicatione concutrit intrusio scienter in beneficio, prout contra Fr. Emman. & Avilam resolvunt Gare. d. c. 13. n. 88. & Ricciul. d. c. 12. in fine.

Illud pro coronide hujus allegationis advertendum duxi, Episcopum non posse concedere, ut cum excommunicato communicetur, ut per Ioan. Audream in cap. cum desideres, num. 4. de sentent. excommun. quem ibi sequuntur Burr. num. 7. & Abbas n. 3. quos refert Anton. Ricc. d. tract. lib. 4. c. 43. num. 6. ubi n. 7. cum Socin. in cap. inter alia. n. 22. & 23. de sentent. excommunicat. assertum non valere privilegium concessum ab Episcopo, ut quis non teneatur vitare excommunicatum; ille enim tenetur vitare excommunicatos perinde ac ceteri, ut per Abb. in d. c. cum desideres 23. de sentent. excomm. n. 2. ubi Anch. n. 6. Socin. n. 3. & 4. Suarez tom. 5. diff. 15. scilicet. 7. sub n. 4. versic. quod adeo verum, Valer. Reginald. in praxi fori pénit. lib. 32. c. 64. Anton. Ricci. de jure personarum extra gremium Eccles. existent. lib. 4. c. 44. n. 8. Si enim Episcopus participet otiosè cum denunciato à se, incurrit minorem excommunicationem, ut per Covat. in cap. alma mater. p. 1. §. 2. n. 2. & §. 3. n. 5. Henr. in sum. lib. 13. de excommun. c. 3. §. 4. lit. N.

## ALLEGATIO XLII.

Episcopus an possit cum sibi subditis dispensare in irregularitatibus provenientibus ex vito, sive defectu corporis?

- 1 Clericus non debet esse corpore vitiatus, aut diminutus.
- 2 Romani quos olim Sacerdotes eligebant?
- 3 Persae sacrorum ministros corpore integros admittabant.
- 4 Facies sapè indicat quale sit corpus.
- 5 Corporis species simulachrum est mentis, figuraque probitatis.
- 6 Anima pulchra sapè residet pulchro in corpore.
- 7 Philosophia apprimè utilis est ad capiendam de aliquo presumptionem.
- 8 Exteriora indicant interiora.
- 9 Deformis non facile fieri potest ut bonus sit.
- 10 Mutilatio inducit irregularitatem, qua in aliquo membro, dummodo principali, evenit, & ob culpam contingit.
- 11 Membrum sumitur pro ea parte, qua habet certum officium deputatum, & in corpore nostro distinctam habet operationem.
- 12 Mutilatio partis alicuius membra non producit irregularitatem, nisi pars illa abscissa celebrandi adimeret potestatem, vel notoria culpa in illius abscissione accedit.
- 13 Castrati se permittentes fiunt irregulares, nec possunt esse clerici, etiam quod hoc fecerunt, ut castè vivant.
- 14 Castratus, vel scilicet non sponte, sed casu, potest fieri Clericus, & si jam sit, in susceptis valet Ordinibus ministrare, nisi id sua culpa acciderit.
- 15 Castratus ab adultera marito, quia ipsum invenit cum sua uxore coire, non potest fieri clericus, cum di sua culpa acciderit.

- 16 Membrum genitale amittens ex eo quod sciens cognoverit mulierem morbum Gallicum habentem, non potest fieri Clericus.
- 17 Manum habens mutilatam, articulatam, vel aridam, aut perpetuo tremulam, non potest ad Ordines promoveri.
- 18 Digitu carens quando fiat irregularis?
- 19 Digitus non est propriè membrum nostri corporis.
- 20 Pollicis pars si defit, & notabilem defectum non producat, neque Hostiam frangere impeditat, minimè inducit irregularitatem, dummodo ejusdem nulla præcesserit culpa.
- 21 Digitu illo carens, qui medius est, non est irregularis.
- 22 Digitos senos habens in manibus non est irregularis.
- 23 Digitos superfluos habens, potest eos sibi amputare, vel amputari permettere, dummodo nullum inde periculum sibi immineat.
- 24 Capillorum defectus ob morbum gallicum, aut similem procedens, irregularitatem potest operari arbitrio Episcopi.
- 25 Facies deformis quando inducat irregularitatem.
- 26 Color in facie non est quid essentiale, sed accidentale.
- 27 Cacus non potest fieri Clericus: at in susceptis Ordinibus, in quibus visu non est opus, ministrare potest.
- 28 Cacorum aliqua miranda referuntur.
- 29 Monachus non potest esse Clericus etiam prima tonsura.
- 30 Lippus non potest fieri Clericus, modò longa, & diurna, ac continua sit lippitudo.
- 31 Oculi sinistri, sive Canonis visiva virtute si quis careat, & tanta polleat virtute in dextero, ut sine deformi faciei conversione possit legere Canonem, non est irregularis.
- 32 Nasum pressum, grandem, aut tortum detinens, præcipue si pariat deformitatem, prohibetur ordinari.
- 33 Nasi abscissio inducit irregularitatem.
- 34 Os habens deforme, & imperfectum, non est admittendus ad Ordines, quando fodiatur ac horrorem generat.
- 35 Balbus, ac blesus qui detinetur loqui, & verba explicare, non est ad Ordines assumendus.
- 36 Dentes non numerantur inter membra.
- 37 Dentes sibi evellens ex indignatione, vel impatientia, quando ad Ordines sit admittendus.
- 38 Auris an sit membrum.
- 39 Auribus carens propria culpa, aut notorijs peccatis causa, est irregularis.
- 40 Claudus potest ad Ordines promoveri, nisi talis sit, quem oporeat cum baculo accedere ad Altare.
- 41 Barbam habens corrosam, aliave deformitate maculatam, non est ordinandus.
- 42 Gibbos, vel curvi dicuntur corpore vitiati, præcipue si nimia in eis sit deformitas.
- 43 Morbos quando possint ordinari?
- 44 Podagra, & scabie laborantes nimiam inducentibus deformitatem, irregulares fiunt.
- 45 Paralyti, vel apoplexia laborantes irregulares sunt.
- 46 Gallico morbo laborantes, si foris appareat, horremque & scandalum gignat, irregulares fiunt.
- 47 Febris quartana neminem retrahit ab Ordinibus suscipiendis.
- 48 Comitiali morbo correptus Ordines assumere non valet, nec in susceptis ministrare.
- 49 Leprosus promoveri non debet.
- 50 Furiosi, mente capiti, & ij, qui in furorem aliquando versi insaniuerunt, non possunt fieri Clerici.
- 51 Damoniaci non possunt fieri Clerici.

- 52 Demoniaci tandem erunt ab officiis suis; ordine & loco suspensi, quoique unius anni spatio per discretionem Episcopi inveniantur ab hujusmodi calamitate liberati.
- 53 Gigantes, & Pygmaei, quando irregulares sint?
- 54 Absterni quando possint ordinari?
- 55 Corporis vitium aliquod seu defectus absque culpa alicui ordinando proveniens, impedimentum praestat solum executioni illius actus, seu Officii, ad quod sit inhabilis propter impotentiam, aut defectum.
- 56 Digitos duos, & dimidium palma sine sua culpa amittens, potest habere beneficium non requirens celebrationem.
- 57 Summo Pontifici solum competit potestas dispensandi cum corpore vitiatis.
- 58 Gloss. verb. nostram, in c. significavit, de corpore vitiatur. declaratur.
- 59 Episcopus potest dispensare cum habentibus membrum occultum, sive manifestum non sua culpa abscessum. & quando cessat homicidij presumptio, atque hujusmodi membrum non reddit ipsos imponentes ad celebrandum.
- 60 Vitium modicum quod dicatur, & qua notabilis deformitas, relinquitur judicis arbitrio.
- 61 Episcopi est determinare, quando dubitatur, sic natalis corporalis morbus, vel defectus, qui Ordinis executionem impedit, etiam respectu Regularium.

**O**R P O R E vitiatus ad effectum ne debeat Ordinibus insigniri, ille dicitur, qui membro principali caret, vel quia natus ita est, vel quia illud mutilatum, aut debilitatum sibi fuit, aut ipsum nimia illius deformitas angit: qui vult enim fieri Clericus, non debet esse corpore vitiatus, aut diminutus, cap. illiteratus, 37. distinct. c. 1. 49. dist. c. non confidat, 50. dist. c. 1. cap. paenitentes, & cap. praecepta, 55. dist. cap. infames, 9. q. 1. c. 1. & per totum de corpore vit. Covar. in Clem. si furiosus, part. 1. in princ. n. 5. Albert. Trot. de vero, & perfecto Clerico, lib. 1. c. 16. Lambertin. de jurepatron. 1. p. 2. lib. q. 7. art. 12. n. 1. Thom. Act. de ludo schacorum. q. 5. princ. n. 23. Campan. in diversorio Iuris Canon. rub. 11. c. 17. n. 1. Azor. institut. moral. part. 2. lib. 6. c. 4. q. 13. Bellet. disquisit. clericalium part. 1. rubr. de disciplina Clericali. §. 7. n. 1. pag. 86. Nicol. Garcia de beneficiis, part. 7. c. 12. n. 4. novissime Ioan. Machad. in tract. del perfetto Confessor y Cura de Almas, lib. 1. p. 3. tract. 17. docum. 6. à princ. Nam secundum Galen. lib. de defin. medic. sanitati accidentum pulchritudo ac boni habitus integritas, test. que Seneca c. 40. minus est accepta scientia. vel virtus ex deformi corpore veniens, hinc Ennius.

Gratior est virtus veniens de corpore pulchro.

2 Romanis olim ab ætate Rotuli mos erat eos solos Sacerdotes eligendi, qui & genere excellentes, & virtute præstantes, nec tamen inopes, aut corpore ulla ex parte trunco fuissent, ut refert Dion lib. 2. Roman. antiq.

3 Apud Persas usu pariter receptum fuit Sacrorum ministros corpore integros admittendi, nullam maculam habentes, neque aliqua corporis foeditatem notatos, Alex. ab Alex. lib. 6. dierum genial. c. 14. quia corporalis foeditas animi, motumque deformatem indicat, argum. c. 25. quia diversitatem de concess. prob. tenet ibi Abb. not. ab. 1. Titaq. l. 2. connub. glos. 1. p. 2. num. 5. Escob. de ratiocin. c. 22. num. 1. Hinc quando plures sunt torturæ subjiciendi, incipi debet ab eo, qui de formior est. ut magis de crimine suspecto, Hippol. in pract. crimin. q. expedi. n. 53. Mascard. de probat. concl. 831. n. 27. Torreblanca in practicab.

Iuris spirit. lib. 7. c. 7. num. 3. Vnde S. Gregorius Nazianzenus Athenis Julianum conspiciens antequam imperio potiretur, ex ejus physiognomia de moribus tale judicium tulit, ut refert Nicephor. lib. 10. cap. 37. Deus bone, quantum malum Romanum foveat Imperium, prout illum citat Torreblanca d. lib. 7. c. 7. num. 14.

Facies namque saepè indicat quale est cor, l. obser. vand. ff. de officio præsid. l. 3. ff. de testibus. Isai. c. 3. Agnitus vultus eorum respondet eis, hoc est virtus exterior secreta cordis patefacit, ut docent ibi Lytanus, & Vatablus. Vnde Pythagoram ex facie inspectio ne discipulos admisisse, & reprobasse testatur Auh. Gell. lib. 1. noctium Atticar. c. 9. & Socrates conjectavit Platonem ex vultu insignem virtute, & doctrina futurum, ut tradit Iul. Seren. lib. 5. de Fato, cap. 39. quem refert Torreblanca d. lib. 7. c. 7. num. 11. & 11.

Et species corporis simulacrum est mentis, figura que probitatis Luc. de Peña in l. 1. vers. 2. queritur, C. qui ar. vel profess. se excus. lib. 10. & l. 1. C. de profess. qui in urbe Constantinop. lib. 12. Mauth. de Fano in tract. de modo studendi, c. 30. Menoch. de arbitrar. casu. 226. num. 5. post Titaq. Torreblanca d. lib. 7. cap. 7. num. 6. Thom. Act. d. quest. 5. num. 26. D. Ambros. lib. 2. de Virgin. quem citat Ceval. Commun. contra commun. q. 248. num. 13. ubi à num. 6. multa de pulchritudine adducit, & t. sapè in pulchro corpore pulchra resideri anima, ex sententia Cyni relata ab Alexand. conf. 209. incip. Ponderaris, num. 10. vers. dictus verò juvenis, lib. 6. Proinde loquebatur Dominus ad Moysem dicens: Loquere ad Aaron: Homo de semine tuo per familias suas, qui habuerit maculam, non offeret Deo suo, nec accedet ad ministerium ejus, si cacus fuerit, si claudus, si vel parvo, vel torto naso, si fracto pede, si manu, si gibbus, si lippus, si albuginem habens in oculo, si jugem scabiem, si impetiginem in corpore, vel herniosus; omnis enim, qui habuerit maculam de semine Aaron Sacerdotis, non accedat offerre hostias Domino, nec panes Deo suo. Levit. cap. 12. refertur in cap. hinc etenim, 49. distinct.

Pet signa corporis nobis nota, inquit Logici sylllogizamus dispositiones animæ nobis ignotas, Arist. 2. Priorum. Apprimè enim utilis est physiognomia ad presumptionem de aliquo capiendam. Bald. in l. 2. in 2. col. C. quorum appell. non recip. Hipp. §. expedita, n. 55. quas refert Thom. Act. de ludo Schacorum. q. 5. princ. num. 67. Cavalcan. de brachio Regio p. 3. à n. 81. Gambar. de casibus reserv. pag. 186. n. 14. vnde Propert.

Ex operum specie clarescent intima cordis. Exteriora enim indicant interiora, §. pavonum: Instit. de rerum divis. Vnde non verificatur in Iure dictum illud, Froni nulla fides. Et dicit Bald. in l. obser. C. quorum appell. non recip. quod sicut turpis habitudo corporis declarat quem proclivem ad scelerá, ita pulchra ad virtutes. Non enim facilè fieri potest, ut qui omnino deformis est, bonus sit. Bobadil. in sua politica, lib. 1. c. 8. n. 8. Vnde Mart. lib. 11. epigram. in Zoilum, ex corporis deformatitate illum opinabatur improbum, remque mirandam esse subiungit si fortasse bonus esset.

Crine ruber, niger ore, brevis pede, lumine laesus.  
Rem magnam præstas, Zoile, si bonus es.

Hæc quæ hucusque diximus non imponunt necessitatem cognoscendi hominum mores per signa membrorum naturalium, sed tantum inclinationem naturæ ostendunt probabiliter, quæ vinci potest per contrarium bonam consuetudinem, vel frænum rationis, ut respondit Socrates Philemoni dicenti ex physiognomia ejus esse luxuriosum, superasse natum ratione, ut refert Laëtius, quem citat Torrebl. d. lib. 7. c. 7. num. 15.

Mutilatio

Mutilatio (quæ propriè, & strictè sumpta, est amputatio membit, ut pluribus relatis Doctoribus probat Aloys. Ricc. in praxi aurea, resol. 66.) tantum inducit irregularitatem, quæ in aliquo membro, dummodo principali, evenit, & ob culpam contingit, Navar. in man. cap. 27. n. 198. Cardos. in paxi Iudicium, verb. Sacramentum Ordinis, num. 12. Nam præter mutilationem membrorum ad exequitionem Ordinum necessariorum, in quibus nihil refert utrum casu, vel culpa sit sequuta mutilatio, semper distinguitur an illa casu, vel culpâ evenerit, quia si casu, & sine culpa illa acciderit in parvo membro nullam, aut minimam inducente deformitatem, irregularitatem non operatur, gloss. fin. in cap. ult. de corpore vit. dummodo rei licet operam datet, Borgal. de irregul. rub. de corpore vit. n. 5. vers. si autem, p. 3. Sed si ex propria culpa in mutilationem incidit, etiamsi culpa ipsa minima fuerit, irregularitatem incurrit, in qua tamen dispensat Episcopus, ut ministret in susceptis, per cap. 1. de corpore vit.

Membrum autem sumitur pro ea parte, quæ habet certum officium deputatum, & omne id quod in corpore nostro distinctam habet operationem, illud propriè dicitur membrum, secundum Arist. 3. Major. Clar. §. fin. q. 69. num. 16. Caball. resol. crimin. casu. 136. n. 16. Fariwac. in praxi crim. q. 19. n. 23. cum seq. Plaz. de delictis, lib. 1. cap. 25. num. 4. Covar. in Clem. si furiosus, p. 3. in init. num. 8. Iacob. de Graff. in decis. aur. lib. 2. cap. 26. n. 4. Henrique. lib. 14. cap. 8. §. 1. Navar. in manual. c. 27. n. 206. vers. secundò dico, Aloys. Ricc. in praxi aurea, resol. 67.

Sed mutilatio partis alicuius membra non producit irregularitatem, Sylvest. verb. Corpore vitiatus, n. 3. vers. aut est mutilatus, nisi pars illa abscissa celebrandi adimeret potestatem, nempe si pollex praecisus esset, aut quivis aliorum digitorum requisitorum ad consecrationem, cap. fin. & ibi gloss. ult. de corpore vit. Vel deformitatem operaretur scandalosam, cap. 1. dict. tit. de corpore vit. & in hoc eventu procedere potest opinio Doctorum afferentium abscidentem sibi partem membra fieri irregularē, quamvis non sit notoria ejus culpa: quam tenent Tolet. in sum. lib. 1. cap. 63. in ultima regula, Molin. de just. tract. 3. disp. 67. num. 8. & disp. 70. num. 16. Suar. tom. 5. de censur. disp. 51. sect. 2. n. 6. & 8. Sayr. eodem tract. lib. 7. c. 7. n. 12. Nicol. Garc. de benef. part. 7. cap. 12. à num. 5. In aliis verò eventibus ad incurrēdām irregularitatem ex abscissione partis membra, requiritur notoriè culpa, & in his terminis procedere potest sententia aliorum, qui tenent requiri notoriā culpam, quando totum membrum non est abscissum, de quo Plaza de delictis, c. 24. n. 13. Iacob. de Graff. in decis. aureis, lib. 4. c. 27. n. 41. Vgolin. de irregul. c. 51. n. 7. & c. 52. n. 5. Henrique. in sum. lib. 14. c. 8. §. 4. lit. X, & c. 19. §. 4. & in notoriā culpam incidere, qui voluntariè sibi mutilat, non est qui dobitet, qui enim absciderit se metipsum, non potest fieri clericus, ut habetur in Can. Apost. 22. relato in cap qui partem, dist. 55. tametsi abscissio sit illius membra, quo minimè egeat ad ministerium Ordinis, nec deformitatem operetur, scilicet si obtuncasset pudenda, prout infra num. 13. cum seq. dicitur. Covar. in Clem. si furiosus, p. 1. in princ. n. 7. vers. secundò. Bonac. de censur. disp. 7. q. 2. punct. 2. à n. 29. & in isto casu non dispensat Episcopus, nisi dum defectus, & ipsa culpa est notoria, cum quadam infamia, Henrique. d. cap. 19. §. 4.

Qui se castraverunt, seu permiserunt sponte se castrari, fiunt irregulares, nec possunt esse clerici, cap. si quis abscidit, & cap. si quis pro agritudine, 55. dist. c. ex parte 1 de corpore vit. Etiam quod hoc fecerint, ut castè vivant, d. c. si quis pro agritudine, c. significavit 4. de corp. vit. Reb. in comm. ad l. spadonum 148. vers.

si tamen aliquis, ff. de verborum significat. pag. 487. & in praxi benefic. tit. de dispensat. cum corpore vit. n. 15. & 16. Bellet. d. tit. de disciplina clericali, §. 7. num. 12. Cardos. d. verb. Sacramentum Ordinis, num. 16. Nicol. Garc. de benefic. part. 7. cap. 12. à num. 7. Molfes. in sum. Theologia moralis, tratt. 2. cap. 16. num. 16. Ragus. de Missa in Ecclesia, q. 12. n. 2. novissimè Ioan. Machado d. part. 3. tract. 17. docum. 6. num. 4. & Torreblanca in practicab. Iuris spirit. lib. 2. cap. 13. num. 53. Non enim per abscissionem corporis à Deo plasmati existimare debent posse à se carnales concupiscentias amputare, sed per disciplinam Religionis, vel abstinentia: unde illud Matth. 9. quatenus Dominus noster dicit esse Eunuchos, qui se castraverunt propter Regnum Dei, est intelligendum de eunuchis spiritualiter, id est de his, qui se abstinent perpetuò à concubinatu fœminarum, prout interpretantur D. August. & alij, quos congetunt Covar. in Clem. si furiosus, part. 1. in princ. n. 6. vers. quintò, Bellet. d. tit. de disciplina clericali, §. 7. num. 13. Campan. dict. c. 17. num. 12. ubi etiam secundum Chrysost. quem refert Sor. lib. 5. de justitia, quest. 2. art. 1. in fine, dicit intelligi posse de illis, qui non per membrorum abscissionem, sed malatum cogitationum interemptione se castraverunt.

Si autem non sponte, sed casu quis fuerit sectus, 14 vel castratus, nempe propter infirmitatem, aut languorem, aut in cunabilis, seu à barbaris, aut per insidias hominum, sive dominorum eunuchus factus, vel si ita natus est, potest fieri clericus, & si jam sit, potest in susceptis Ordinibus ministrare, cap. si quis a medicis, cap. Eunuchus, cap. si quis pro agritudine, cap. si quis in infirmitate, cap. lator, cap. praeterea, 55. dist. cap. ex parte 1. & 2. & cap. ult. de corpore vit. Nicol. Garcia dict. cap. 12. num. 7. Bellet. dict. tit. de disciplina cleric. §. 7. num. 16. nisi id sua culpa acciderit, Covar. in dict. Clem. si furiosus, part. 1. in princ. num. 6. Maiol. de irregul. lib. 1. cap. 15. Plaz. de delictis, cap. 24. n. 10. & 14. Rebuff. in praxi benefic. tit. de dispensat. cum corpore vit. num. 16. Vivald. in candelabro aureo, tit. de irregularit. ex virtute corporis, à num. 174. Cardos. d. verb. Sacramentum Ordinis, num. 16. Henrique. in sum. part. 2. lib. 14. cap. 8. §. 1. in fine, Nicol. Garc. d. c. 12. num. 8. Torreblanca d. lib. 2. c. 13. n. 55. plures refert Doctores Cened. ad Decretal. collect. 69 num. 1. ubi num. 3. pulchre querit cur carens testiculis non sit pilosus?

Veluti si fuerint abscissa virilia adulteri à marito 15 ulciscente injuriam, quia ipsum invenit cum sua uxore coire, Covar. ubi proximè, Villad. in tract. de irregularit. de corpore vit. colum. 2. Vgolin. de irregular. cap. fin. n. 3. Suar. tom. 5. disp. 51. sect. 2. num. 8. Sayr. de censur. lib. 7. cap. 7. n. 12. & 13. Molina de just. tract. 3. disp. 70. n. 18. Campan. d. cap. 17. n. 11. me citato in hoc loco, novissimè Ioan. Machado d. lib. 1. part. 3. tract. 27. docum. 6. n. 5.

Aut si cognovit carnaliter mulierem habentem 16 morbum gallicum, & ex hujus contagio amisit membrum genitale, attento quod ex hoc id solet succedere, nisi ignoranter eam cognovisset, quam sanam putabat, Fr. Eman. in sum. tom. 1. cap. 158 num. 7. Castratus verò ob agritudinem de consilio Medicorum sine ulla dispensatione ad omnes Ordines sacros ab Episcopo suo promoveri potest, Navar. conf. 1. sub tit. de corpore vit. in novis, Sayr. sub eod. tit. decis. 3.

Manum habens mutilatam non potest ad Ordines promoveri. c. exposuisti 9. de corpore vit. Flamin. de r sign. lib. 5. quest. 6. n. 48. Bellet. dict. tit. de disciplina clericali, num. 20. Campan. dict. cap. 17. à n. 104. novissimè Navar. in tract. de elect. & variat. fori, seit. 2. quest. 8. num. 14. Torreblanca d. lib. 2. cap. 13. num. 17

Nec

Nec illas habens articulatas, aut aridas, ad ministerium executionis Ordinum inefficaces, Henriquez lib. 14. c. 8. §. 4. in fine, Flamin. de resignat. lib. 5. q. 7. num. 49. Campan. d. c. 17. num. 107. Ne etiam eas tremulas perpetuò habens, præcipue si imminet periculum subversionis sanguinis, Maiol. de irregular. lib. 2. c. 24. in fine, Tolet. lib. 1. instr. Sacerd. c. 25. num. 13.

Digitus sinistre manus carentis potest promoveri, ex Can. lator. 55. distinct. tum etiam dexteræ, ut inibi glossa dicit, dummodo illius carentia in alterutra nec magnam operetur deformitatem, neque aliquis ipsorum sit, qui per necessarius est ad consecrationem, sicut pollex, aut index, quorum altero si quis careat, sit irregularis, Borgal. de irreg. titul. de corpor. vit. num. 4. Sclu. de benefic. part. 3. q. 6. post num. 44. vers. attendendum. Plaz. de delictis, lib. 1. c. 25. num. 9. Salon. in 2. 2. D. Thome. q. 65. art. 1. controv. 4. concl. 2. Sayr. de censuris, lib. 6. c. 15. post num. 12. Bellet. d. tit. de disciplina clericali, §. 7. num. 18. Torreblanca d. lib. 2. c. 13. num. 48. † Digitus enim non est membrum propriè nostri corporis, Batt. in l. 2. num. 13. ff. de publ. judic. & in leg. non sunt liberi, ff. de statu hom. & cons. 101. incip. queritur an digitus, part. 1. Felin. in cap. ego N. post n. 1. de jurejur. & in cap. cum illorum, num. 4. de sentent. excommunicat. Chassan. in consuetud. Burgund. rub. 1. §. 5. versic. per hac quidem, Farinac. in praxi criminal. q. 19. n. 24. Aloys. Ricc. d. resolut. 67. n. 3. Henriquez. d. lib. 14. c. 8. §. 1. in med. Navar. cons. 1. n. 1. sub titul. de corpore vit. in novis, Sayr. in floribus decis. sub eodem tit. decis. 2. † Vnde si pars pollicis desit, & notabilem defectum non producat, neque Hostiam frangere impedit, minimè inducit irregularitatem, dummodo nulla ejusdem præcesserit culpa, Salon. d. controv. 4. concl. 2. Tolet. lib. 1. instruct. Sacerd. c. 25. n. 13. Cardos. d. verb. sacramentum Ordinis. n. 12. Sayr. d. decis. 2. Navar. d. cons. 1. Bellet. d. tit. de disciplina clericali, §. 7. n. 19. Campan. d. cap. 17. n. 112. vers. quintò.

21 Digitus illo carentis, qui medius appellatur, est irregularis, prout resolvit Sayr. de censuris lib. 6. cap. 15. num. 16. Verum contrarium existimat Campan. dict. n. 112. vers. utrum, ex eo, quia digitus ille non deserit Eucharistiae † Qui senos digitos habet in manibus non est irregularis, ex Henriquez. in sum. lib. 14. c. 8. §. 3. præcipue si exercitii usum non detinent, neque propterea operatio manus incommodatur, juxta gloss. in cap. qui partem, & ibi Archid. 15. distinct.

22 23 Et potest superfluos digitos sibi amputare, vel amputari permittere, dummodo nullum inde sibi vita periculum immineat, aut major deformitas suboriatur, prout auctoritate gloss. in d. cap. qui partem, resolvit Sylvest. verb. corpore vitiatus, n. 4. sequuntur Maiol. de irreg. lib. 1. c. 14. n. 15. Henriquez d. c. 8. §. 3. in fine, Sayr. d. lib. 6. c. 8. num. 2. Bonacina d. pnnit. 2. num. 11.

24 Capillorum defectus ob morbum gallicum, aut similem procedens, irregularitatem potest operari, Episcoporum arbitrio, non solum ob fœditatem, sed etiam quia aspectus hujusmodi affectus memorie omnium aut repetit, aut mandat illius causam, incontinentiam scilicet, aut aliam nequiotem, scandalum producentem. Ita Campanil. dict. c. 17. num. 36. in fine. Illud autem, an capilli sint membra, non est meum inquirere, altiorum petit indaginem, cum nemo audeat id affirmare, teste Vgolin. de irregul. c. 4. §. 5. sub num. 1.

25 Facies quoque est pars anterior capituli humani, constans ex fronte, oculis, naso, malis, ore, & mento, si notabiliter deformis sit, inducit irregularitatem, ut inquit Navar. in man. c. 25. num. 72. aut si illa adeo maculata foret, ut propter scandalum inhabilis esset

ad Ordines, Sylvest. verb. homicidium 3. n. 4. vers. 1. mita secundò; vel si esset aliquibus coloribus, vel vulneribus deturpata, ex his quoque scribit Maiol. de irregul. lib. 1. c. 21. n. 1. vers. propriea. † Color tamen in facie non est quid essentiale, sed accidentale, unde Mauri, & Ethiopes faciem nigram habentes, nullo jure reperiuntur prohibiti suscipere Ordines, Maiol. lib. 1. cap. 21. num. 2. Bonacina dict. punto 2. num. 11.

Cæcus non potest fieri Clericus, cap. binc est, 49. dist. c. fin. 55. dist. Bellet. d. titul. de disciplina clericali, §. 7. num. 22. Campanil. d. c. 17. num. 51. Henriquez. dict. lib. 4. c. 8. §. 2. lit. L, Filiuc. tract. 19. n. 167. Ragus. de Missa in Ecclesia. quest. 7. novissimè Diana moral. resolut. part. 3. tract. 6. resolut. 22. In susceptis tamen Ordinibus ministrare potest, eaque ad usum illorum spectantia exequi, in quibus visu non est opus, veluti praedicare, & Confessiones audire, ac pariter beneficia retinere, illi tamen dato coadjutore, si personale servitium requirat, Maiol. de irreg. lib. 1. c. 20. num. 1. vers. cæcum verò, Flamin. de resignat. lib. 5. quest. 6. n. 37. † Cæciūm de cæcis aliqua miranda referunt Guillelm. in cap. Raynulius, verb. in extremis, num. 31. & 32. Tiraquel. de jure primog. q. 21. n. 15. Flamin. d. q. 6. n. 39 cum seqq. De Lippo Aurelio, Florentino cæco vide multa per Bergomens. in supplemento Chronicorum, fol. 437. verso. Et de Carolo Ferdinandino Belga Brugensi à patre aetate oculis capto, & ob id elementorum quoque penitus ignaro, qui tantum sui miraculum præbuit, ut velut alter Homerus vir in omni scientiarum genere de assimus evaserit, & in celeberrimo Patiensis gymnasio publicè docuerit, & fuit Monachus S. Benedicti, & Diaconus, scriptor, ac dictavit, de quo Arnold. lib. 2. de ligno vita, cap. 64. pag. 409. & c. 72. agit de Paulo Genuensi in infantia cæco, & Monacho Cassineus anno Domini 1050. Nicatius Vordeus Machliniz natus apud Flandros cæcus, fuit I. V. D. & publice idem Ius docuit, ut asserit Gregorius Braus civit. lib. 3. in Indice, verb. Machlinia, chart. 26. verb. mensis, Supplement. Chronicorum fol. 437. verso, & de Roberto Scoto à puerili aetate cæco Theologo eximio, & Episcopo Armakan. in Hibernia, scribit Campan. d. cap. 68.

26 Monoculus, id est, cocles, carent scilicet unico tantum oculo, non potest fieri clericus, etiam primæ tonsuræ, cap. si Evangelica, 55. distinct. novissimè Novar. in praxi elect. & variat. fori, scit. 2. q. 8. n. 12. in ult. impr. Torreblanca d. lib. 2. c. 13. num. 49. neque carent pupilla oculi, ut de utroque fuit decisum per Rotam, teste Seraphin. decis. 625 num. 1. 2. & 3. part. 1. resolvunt Navar. in manual. cap. 27. num. 199. Campan. d. c. 17. n. 70. ubi n. 73. cum Henriquez. d. lib. 14. c. 8. §. 1. & 2. idem asserit de habente oculos, sed alterum ipsorum inhabilem, quia visu ille caret, quamvis sanus, & integer aliis videatur, & num. 74. extensis ad habentem in oculo albinginem, & n. 75. idem asserit † in lippis, modò tamen longa, & diurna, atque continua sit lippitudo, & horrorem inspicientibus afferat absque subtili inspectione, Henriquez d. lib. 14. cap. 8. §. 2. in princip. Cardos. dict. verb. Sacramentum Ordinis. num. 15. Habens vejd maculam in oculo, quoque non inducit magnam deformitatem, nec scandalum patiat in populo, non excluditur à clericatu, neque etiam ab Episcopatu, c. cum tua, de corpore vitiatis, Seraphin. d. decis. 625. n. 3. & 5. ubi etiam tenet in hoc casu requiri Episcopi dispensationem: & secus dicit de mutilatione, quoque requirit Papæ dispensationem, Cardos. d. verb. Sacramentum Ordinis, num. 15.

Si quis carente visiva virtute in oculo sinistro, sive Canonis, & tanta polleat virtute in dextro, ut sine deformi

deformi faciei conversione possit legere Canonem, non est irregularis, Navar. d.c. 27. n. 199. Sayr. dict. lib. 6. c. 8. n. 8. Bellet. d. §. 7. n. 29. Bonac. d. puncto 2. n. 2. me citato Homobon. de examine Eccles. sr. 12. c. 2. quæst. 5. in observat. vers. maneat, Molfes. dict. tract. 2. c. 16. n. 12. Filliuc. tract. 19. num. 168. Layman. in Theolog. moralis, tract. 5. p. 5. c. 7. n. 2. Diana part. 4. tract. 2. resol. 73. vers. ad difficultas, Barthol. de Vecchis in praxi obser. in adimendis ad Religionis statum novit. disp. 9. dub. 21. n. 6. Alzedo d.p. 2. c. 6. num. 60.

Nasum pressum, aut grandem, vel tortum detinens prohibetur ordinati, cap. hinc. & hinc, 49. dist. videlicet si illius parvitas, magnitudo, vel tortuositas deformitatem patiat, explicat Selva in tractat. de benefic. part. 3. q. 5. vers. item ille, in princ. post n. 44. idque arbitrio Episcopi dirimendum censem Vival. in suo candelabro aureo, part. 2. titul. de irregularit. num. 491. & Campanil. d. cap. 17 à num. 82. cum sequentibus. † Sic etiam abscissio nasi inducit irregularitatem propter deformitatem, Molina de justit. tr. 3. disp. 70. num. 2. Bonacina d. disp. 7. q. 2. puncto 2. n. 5. Henr. lib. 14. c. 8. §. 3. lit. E, Molfes. tract. 2. c. 16. num. 14. Ragus. de Missa in Ecclesia, quæsto 8. num. 25.

Oshabens deformis, & imperfectum, non est admittendus ad Ordines, videlicet quando fœditatem, ac horrorem generaret, putâ si corrosum, aut contortum esset, Majol. de irreg. c. 21. vers. præterea Bon. d. puncto 2. n. 6. Campanil. d. c. 17. n. 86. & 87. ubi n. 91. cum Butr. in cap. exposuisti, post n. 9. de corpore vitiatis, resolvit † non censerit irregularitatem tardi, & impeditè loquentem, ut balbum sicut erat Demosthenes; & blesum, sicut erat Moyses, nisi vitium hoc atque defectus tam grandis esset, ut illum detineret perfectè loqui, aut verba explicare, quia tunc Ordines non esset assumendus, de quo etiam Vivald. p. 1. titul. de irregularitate, n. 162. Henr. d. lib. 14. c. 8. §. 2. in fine.

Dentes inter membra non numerantur, ut resolvit Fatinac. fragment. crim. lit. C, num. 375. & idem qui etiam ex indignatione, aut impatientia sibi metipsi dentem evulsit, excusisque, ab Ordinibus non repellitur, ex Abb. in cap. ex parte, post n. 5. de corpore vitiatis, Sayr. d. lib. 6. c. 8. num. 16. Bonacina dict. puncto 1. num. 7. Vivald. p. 2. tit. de irregul. n. 155. in fine. Verum si notorium sit hanc evulsionem ex indignatione processisse, non de facili Ordines sunt concedendi, ex resolutis per Sylvest. verb. corpore vitiatus, num. 5. Majol. lib. 1. cap. 24. vers. quod ita, Henr. d. lib. 14. c. 8. §. 2. prope finem. Si vero non voluntaria, sed ex justa causa, videlicet proprie immensos, & continuos dolores dentium evulsio fiat, nullum dubium est posse Ordines conferri, ut asserit Borgas. in tract. de irregularit. tit. de corpore vitiatis, p. 5. num. 4.

Aurem membrum esse, per gloss. in c. singula, versic. oculus, 89. dist. tenent. Sot. de justitia, lib. 5. q. 2. art. 1. Majol. d. lib. 1. c. 25. num. 5. Fatinac. d. lit. C, n. 475. Sed vetius est dicere † non esse membrum, cum necessaria non sit auditui, sed est potius tutela, & ornamentum auris, ut tenent Navar. d.c. 27. n. 223. vers. septimo infertur, Covat. in Clement si furiosus, part. 2. in initio, n. 8. vers. primum, Henr. lib. 14. c. 8. §. 3. in princ. Aloys. Ricc. in praxi aurea, resol. 67. n. 2. & idem autis cartilagine in tam modica carens quantitate, quæ potest ita tegi, ut possit sine scandalo ministrare, non eget aliqua dispensatione, Navar. sub tit. de corpore vit. conf. 5. in nov. Aurum tamen carentiam propria culpa, aut notorii peccati causa accidentem, quia tunc infamia incurritur, irregularitatem inducere tenent Maiol. d. cap. 25. num. 5. & 6.

Barbosa de Episcop. Pars II.

Hentiq. d. cap. 8. §. 3. Avila part. 7. disp. 3. dub. 1. Coninch. disp. 18. num. 108. Bonacina d. puncto 2. n. 8. Vivald. d. part. 2. tit. de irregularit. n. 158. vers. prima sit. Campanil. d. cap. 17. num. 41. & de surdastro vide Paul. Comitol. respons. moral. lib. 6. c. 55. Reginald. lib. 30. c. 6. n. 50. Sayr. d. lib. 6. c. 8. n. 17. Bonac. d. puncto 2. n. 7. Aloys. Ricc. ubi proxime, Filliuc. tr. 19. c. 9. quæst. 4. num. 169. me citato in hoc loco, Homobon. tr. 14. in fine, pag. 466. Unde constat non esse irregularerem, cui per vim præcisæ fueront aures ab hostibus, Henriquez d. §. 3. Navar. in man. cap. 27. num. 223. Avila de censur. p. 7. disp. 3. dub. 3. Coninch. disp. 18. dub. 13. n. 108. Diana part. 4. tract. 2. resol. 73. in fine. Surdastri, et si Presbyterio possint insigniti, cum nullibi prohiberi videantur, id tamen de omnino surdo vix potest defendi; id est illis, qui Presbyteralem suscepint Ordinem, et si non necessaria, utilis saltem est dispensatio Papæ, quæ permittantur, ut in occulto sine socio aliquando celebrent, ut consulit Navar. sub tit. de corpore vit. conf. 6. & conf. 7. num. 3. & 4. in novis.

Claudus potest ad Ordines promoveri, cap. si quis in infirmitate, 53. dist. nisi sit talis, quem oporteat cum baculo accedere ad Altare, c. nullus Episcopus, ubi gloss. verb. cum baculo, de censur. dist. 1. Vel si ligneo pede incedat, Abb. in c. 2. n. 3. de cleric. agrot. Flamin. de resig. lib. 5. q. 6. n. 46. Molin. d. disp. 71. n. 9. Sayr. d. l. 6. c. 2. n. 22. Bonac. d. punct. 2. num. 15. Henr. lib. 14. c. 8. §. 1. lit. F, Bellet. d. tit. de disciplina clericali, §. 7. n. 23. Filliuc. tract. 10. n. 173. Campanil. d. c. 17. n. 127. ubi n. 98. assertit † ordinandum non esse, qui barbam corrosam, aliave deformitate maculatam habet, & n. 99. assertit non esse admittendum Majoli sententiam lib. 1. c. 20. vers. ult. assertentis barbam tinctentes non nisi post pœnitentiam admittendos esse, & quandoque deponendos.

Gibbosos, vel curvos, esse corpore vitiatos resolvunt Flamin. dict. quæst. 6. num. 55. Sayr. de censur. lib. 6. cap. 8. n. 4. Bellet. d. tit. de disciplina clericali, §. 7. num. 25. præcipue si nimia in eis sit deformitas, in quo arbitratur Episcopus; Ragus. de Missa in Ecclesia, vers. 11. Navar. in man. c. 27. num. 199. versic. qualis gibbus, Campanil. d. c. 17. num. 103. Ugolin. de irregul. c. 50. num. 6. Molina d. disp. 70. num. 8. Bonac. dict. puncto 2. num. 9. Henr. dict. lib. 14. cap. 8. §. 2. lit. O.

Morbosus, cui aliquod membrum lacetum, læ. sumque est, quo minus homo aptus sit, non potest ordinari, prout de chiragta, si esset continua, & incurabilis, argument. cap. penultim. de cleric. agrot. asserunt Ugolin. de irregul. cap. 53. §. 1. num. 1. Campanil. dict. c. 17. num. 135. ubi num. 137. idem tenet de podagra.

Et scabie laborantes nimiam inducente deformitatem, irregularates fieri resolvunt Campan. dict. c. 17. num. 163. Molin. d. disp. 70. num. 11. Bonacina dicto puncto 2. num. 19. & faciunt resoluta per Majol. lib. 1. cap. 18. versic. ad lepram, Sayr. de cens. lib. 6. cap. 9. num. 9.

Et de patalysi laborantibus, quod irregularates sint, tenent Sayr. d. cap. 9. num. 10. Majol. lib. 2. c. 14. post n. 1. Filliuc. tr. 19. n. 281. vers. quintum, n. 1. Henr. d. lib. 14. c. 8. §. 8. vers. eadem ratio, Campanil. d. c. 17. num. 164. ubi n. 165. assertit apoplexiæ morbum idem operari.

Gallico morbo laborans irregularis fit, si foris appareat, horroremque, & scandalum gigneret, ut per Sayr. d. c. 9. n. 5. Campan. d. c. 17. n. 67. Molin. d. disp. 70. n. 16. Bonac. d. puncto 2. n. 18. Filliuc. tract. 19. n. 181. vers. tertium.

Quattuor Febris neminem retrahit ab Ordinibus suscipiendis, Sayr. d. c. 7. n. 4. Ugolin. de irregul. c. 53.

§.2.num.1.vers. excipiuntur etiam, Campanil. d. cap. 17. num. 169. Febricitantes non possunt promoveri, nec ante suscepitos Ordines exercere, interim dum febris eos usque ad eum invaserit, ut ipsos constitueret extra sensus, aut alias acutissima esset. Majol. lib. 2. cap. 22. n. 1. Sayt. dict. cap. 9. n. 3. Campanil. d. cap. 17. num. 170.

48 Morbo comitali correptus Ordines assumere non valet, nec in suscepis ministrare, etiam si diu convalescerit, gloss. verb. de his, in cap. communiter, 33. dist. Franc. Leo in thesauro foro Eccles. part. 2. c. 8. n. 32. Alvar. Pelag. de planctu Ecclesia l. 1. c. 48. lit. F. Nav. in man. c. 27. n. 203. Ragus. de Missa in Eccles. q. 16. Majol. lib. 2. c. 16. n. 4. Filliuc. d. n. 181. vers. sextum, & declarat hujus infirmitatis species Henriquez d. cap. 8. §. 8.

49 Leprosus promoveri non debet, & si jam est promotus, propter scandalum ad celebrandum non permittatur, præcipue si esset magna deformitas, seu abominatio, c. 3. de corpore vitiatis, cap. de Rectoribus, & cap. tua, de clero agrotante, Filliuc. d. n. 181. vers. quartum, Bellet. d. tit. de disciplina clericali, §. 7. n. 32. Campan. d. c. 17. à n. 16. Ragus. de Missa, q. 18. n. 1. Henriquez. d. lib. 14. c. 8. §. 8. in princ. ubi etiam quod

50 † Parochus, aut Episcopus, si leprosus fiat, debet habere coadjutorem cum congrua portione, Furiosamente capti, & ii qui in futorem aliquando versi insaniaverunt, non possunt fieri clerci, cap. communiter, cap. usque adeo, 31. dist. cap. infames, ante finem 6. q. 1. cap. si quis in fine, 15. q. 1. Bellet. d. tit. de disciplina clericali, §. 7. n. 36. Campan. d. c. 17. à n. 177. Henr. cap. 8. §. 9.

51 Dæmoniaci, id est, obsessi à dæmonibus, non possunt fieri clerci, cap. maritum, cap. communiter, & ibi gloss. 1. cap. clericorum, 33. dist. Alvar. Pelag. de planctu Ecclesia lib. 2. c. 48. lit. F. Bellet. de tit. de disciplina clericali, num. 39. Franc. Leo d. c. 8. num. 33. Campan. d. c. 17. num. 188. Henriquez. lib. 14. c. 8. num. 8. lit. A. Molina d. disp. 70. n. 12. Sayt. d. lib. 6. c. 9. n. 14. Bonac. d. puncto 2. num. 24. Filliuc. tract. 19. n. 81. vers. septimum, Ragus. de Missa in Ecclesia, q. 17. n. 1. vers. de obesse.

52 Qui verò post promotionem sunt à dæmonibus obsessi, tardiū erunt ab officiis suis, Ordine, & loco suspensi, quousque unius anni spatio per discretiōnem Episcopi inveniantur ab hujusmodi calamitate liberati, & alieni, d. cap. communiter, & ibi gloss. 1. Navar. conf. 5. n. 3. sub tit. de atate, & qualit. Majol. l. 2. c. 15. n. 3. vers. sed si i. Tolet. in sum. l. 1. c. 59. n. 3. & 5. post Turrecrem. Sylvest. Bellet. d. §. 7. n. 40. quamvis existimaverint eis nunquam fas esse in illis ministrare, etiam postquam à dæmonum obessione sunt liberati, Borgal. tract. de irregul. titul. de corpore vitiatis, n. 17. Navar. sibi contrarius in man. c. 27. n. 203. post Antonin. & Villadieg. Campan. d. c. 17. n. 189. Est tamen verum, quod Episcopi arbitrio totum hoc est remittendum, ut pensatis conditionibus morbi, & personæ sciat quid faciendum. Sayt. dict. lib. 6. cap. 9. num. 12. Henriquez. lib. 14. c. 8. §. 8. in comment. lit. P. Bellet. d. num. 40. ubi n. 41. assertit in minoribus Ordinibus constitutos à dæmons veneratos nunquam ascendere debere ad maiores; & citat gloss. in cap. clericorum, 33. dist. & Tolet. in d. c. 59. n. 2. vers. 3. An autem dæmoniaci possint eligi ad Praelecturam? Vide Sigism. à Bononia de elect. dub. 89. à num. 10.

53 Gigantes qui prætensa corpora, aut pusilli, qui brevia, & humilia haberent ( nisi sint pygmæi) ob hanc solam causam irregulares non sunt censendi; si tamen hæc proceritas, aut nimia brevitas circa usum Ordinum impedimento sint, aut scandalum gignent, aut derisum pariant, it aut à cæteris deludantur,

ab Ordinibus suscipiendis sunt repellendi, Majol. de irregul. lib. 1. c. 13. n. 9. Ugolin. eodem tract. c. 38. §. 1. n. 11. Vivald. in candelabro aureo, tit. de irregul. n. 133. Henriquez. d. lib. 14. c. 8. §. 3. prope finem. Sayt. d. lib. 3. c. 8. n. 3. Bellet. d. §. 7. n. 25. Campan. d. c. 17. n. 143. cum seqq.

Abst: mii, id est, vintum non habentes, minimè posse sunt ordinari, quia celebrantes oportet communicare, & datur periculum evomendi: ita gloss. in c. ipsi Apostoli, 2. quest. 7. Abb. in cap. ex parte, n. 1. de celebrat. Missarum, Bonacof. commun. criminis part. 2. verb. Abstemius, fol. 2. Ragus. de Missa in Ecclesia, quasuo 5. n. 2. Guttier. Canon. lib. 2. cap. 4. num. 81. Bellet. d. §. 7. num. 35. Filliuc. tract. 19. n. 181. vers. 8. Campan. dict. rub. 11. c. 11. num. 15. ubi etiam cum Navar. in manual. c. 27. num. 304. vers. 18. assertit istum posse assumere minores Ordines, quia non seipsum communicat sub specie vini, Henriquez. dict. lib. 24. cap. 8. §. 7. prope finem. Ita etiam, cui vini potio ex Medicorum consilio est interdicta, prohibetur ordinari, nisi de eorundem consilio non possit ei obesse pava quantitas, Majol. d. lib. 2. c. 25. per totum, ubi n. 2. resolvit quod si aliquis vovit non bibere vinum, ita illi Confessor inhibuit, non impeditetur ad Sacerdotium ascendere, aut post promotionem ministere, de quo etiam Ugolin. de irregular. cap. 53. §. 2. n. 5. Ita etiam si aliquis ob stomachi languorem, debilitatem, ac frigiditatem soleret sæpius evomere, minimè deberet Ordinibus insigniri, & illis si insignitus esset, sola Missæ celebratione priva usus ciceretur. Majol. d. lib. 2. cap. 26. Henriquez d. lib. 14. c. 8. §. 7. in fine.

Si alicui ordinato vitium aliquod, seu defectus corporis absque culpa proveniret, impedimentum præstans executioni alicujus actus, seu officii Ordinis, tunc solum interdicendum est ille actus, seu officium, ad quod si inhabilis proprius impotentiam, aut defectum, c. Presbyterum, de clero agrotante, Ugolin. dict. cap. 52. § 1. num. 2. Navar. dict. c. 26. num. 200. Sayt. d. lib. 6. cap. 7. num. 7. Suarez tom. 5. disput. 1. sect. 2. n. 13. Avila de cens. p. 7. disp. 2. dub. 6. & disp. 3. dub. 1. plures refert Nicol. Garcia de benefic. part. 7. c. 12. num. 18. Bellet. d. §. 7. n. 27. & 28. Unde illi, † qui in specie c. 2. de corpore vitiatis, duos digitos, & dimidium palmarum amissit sine sua culpa, potest conferri beneficium simplex, & non requirens celebrationem. Ita Ugolin. in c. 65. §. 1. num. 4. Henriquez. lib. 13. c. 14. §. 1. in commento lit. F. & c. 56. §. 1. in commento lit. E. & lib. 14. c. 2. §. 3. in commento lit. E. Sayt. d. lib. 6. cap. 2. num. 23. Azor. institut. moral. p. 2. lib. 6. c. 4. quest. 14. ubi resolvit eum, qui postquam legitimè primam Tonsuram suscepit, sinistri oculi infirmitate, aut capitis morbo ita laborat, ut ad sacros Ordines promoveri non possit, posse beneficium simplex obtainere, dummodo deformitatem non affectat talis morbus, & Suarez dict. sect. 2. num. 18. assertit quod agrotus morbo impediente usum Ordinis, est irregularis ad beneficium Curatum de novo suscipiendum, ad simplex non ita, si jam sit clericus, ut inde sustentetur, & Bossius de justit. lib. 2. cap. 34. num. 130. resolvit, quod clericu incidenti in cæritatem non potest conferri beneficium etiam simplex, cum incapax illius sit, quia preces Canonicas recitare nequit.

Dispensandi potestas cum hujusmodi corpore vitiatis non nisi Summo Pontifici competit, præcipue si vitium, atque defectus adeo est gravis, & enormous, ut notabilem deformitatem faciat: ita Mandos. in tractat. signatur. gratiae. tit. de dispensat. pro corpore vitiatis, vers. aliud à Papa Selva de ben. p. 3. q. 5. in 3. qualit. num. 31. Covar. Clem. si furiosus, part. 1. in initio. n. 7. vers. super hoc, Navar. in man. cap. 27. num. 5. 8.

num. 98. & num. 200. vers. 8. Molin. d. disp. 70. n. 19. Ugolin. c. 52. §. 3. Sayr. d. lib. 6. cap. 8. num. 1. Bonac. d. puncto 2. num. 56. Campan. d. rub. 11. cap. 17. n. 202. Miranda in manual. Prælat. tom. 2. q. 8. art. 3. concl. 2. Aloys. Ricc. in praxi aurea. resol. 16. pertotam. novissimè me citato Ioan. Machado in tract. del perfetto Confessor y Cura de Almas, l. 1. p. 3. tract. 17. docum. 6. num. 8.

58 Non obstat gloss. verb. nostra, & tua, in cap. significavit, de corpore vit. quatenus habet Episcopum posse cum corpore vitiatis propria auctoritate dispensare in aliis, quam in Missa; intelligitur enim de dispensatione Episcopi, auctoritate tamen Apostolica praedita, & sic sibi delegata: ita Covat. & Aloys. Ricc. dictis locis, exponentes verba illa, auctoritate nostra, id est, tibi commissa, quae etiam ideò dicitur tua, cum ipsam non valeat commissarius alteri delegate, cap. ultim. in fine, de offic. deleg.

59 Episcopus tamen poterit dispensare cum habentibus membrum occultum, sive manifestum, non sua culpa abscessum, & quando cessat homicidii præsumptio, atque hujusmodi membrum non reddat ipsum impotentem ad celebrandum, ut resolvit Miranda d. art. 3. n. 3. quod esset intelligendum procedere in levibus vitiis & debilitationibus. Fr. Sigism. à Bononia de eleç. dud. 88. & subdit Seraph. dict. decif. 625. num. 7. quod Episcopus dispensando cum corpore vitiato, debet hoc facere cum causa cognitione, ut ex sententia Rotæ ab eodem Seraph. decif. 625. num. 5. part. 1. assertit Campinil. d. cap. 17. num. 204. ubi etiam ex eadem decisione observat hujusmodi dispensationem Papalem, aut Episcopalem non solùm requiri pro suscipiendis Sacris, sed etiam minoribus, ac prima Tonsura. Hinc etiam posse Prælatos Regulares auctoritate quasi Episcopali gaudentes dispensare cum suis subditis in irregularitate ex virtute corporis proveniente, dummodo vitium non sit tam fœdum, aut turpe, ut ex eo scandalum oriri rationabiliter formidetur, tenet Diana part. 4. tractat. 2. resol. 73.

60 Quod autem dicatur modicum vitium, quæ notabilis deformitas, remittitur considerandum arbitrio Episcopi in c. 2. & ibi glof. penult. & ult. de corpore vitiatis, ubi Abb. n. 1. Menoch. conf. 96. n. 30. & 31. & de arbiter. casu 226. n. 7. 8. 15. & 16. Seraph. d. dec. 625. num. 4. Henr. d. Et. lib. 14. cap. 8. §. 1. Bellot. d. q. 7. num. 26. novissimè Ioan. Machado d. lib. 1. part. 3. docum. 6. num. 9. Sic etiam quando dubitatur sitne talis corporalis morbus, vel defectus, qui Ordinis executionem impedit, vel scandalum gignat Episcopi est determinare, ita quod non sufficit arbitrium Confessarii, vel alterius Prælati inferioris, ut per Covat. in Clement. si furiosus, part. 1. in initio, n. 5. Avila part. 7. disp. 3. dub. 3. Bonac. d. puncto 2. n. 36. in fine, Navat. d. consil. 1. num. 13. Valer. Reginald. in praxi fori pœnitent. lib. 30. n. 45. Ragus. de Missa in Ecclesia, q. 8. num. 3. in princ. Ioan. Machado d. n. 9. in fin. Diana moral. resol. p. 2. tract. 61. me citato Alzed. p. 2. cap. 6. num. 61.

61 Respectu verò Regularium ad eundem Episcopum id declarare competit, non autem ad Superiores Regulares, nisi eisdem expressè à Sede Apostolica delegaretur. Ita Henr. d. lib. 1. §. 1. vers. secundò. Hieron. Roder. in compendio quest. Regul. resol. ut. 52. n. 17. Ragus. de Missa in Ecclesia, quest. 8. n. 3. vers. de deformitatibus, & me citato in hoc loco. Ioan. Machado d. lib. 1. p. 3. tr. 17. docum. 6. n. 10. & Fr. Emman. quest. Regul. tom. 1. q. 24. art. 4. quem refert, & sequitur Campanil. d. cap. 17. num. 204. ubi n. 207. assertit corpore vitiatis absque dispensatione promoto, si in Ordinibus susceptis ministraverint, non incurtere alteram irregularitatem, cum irregularis ex defectu

Barbosa de Episcop. Pars II.

nunquam in alteram incidat irregularitatem, si promoveatur, & celebrer. Quamvis Suar. de censur. disp. 55. sect. 2. n. 16. Miranda d. tom. 2. q. 8. art. 3. concl. 1. Bassæus in verb. irregularitas 2. n. 19. existimaverint arbitrii Religiosorum defectus, & deformitates, an Ordinis executionem impedian, vel scandalum gignant, pertinere ad eorum Prælatos, non verò ad Episcopos.

Vero contrarium, imò ad Prælatos Regulares 62 spectare judicate circa suos subditos, an defectus corporis sit ita notabilis, ut inducat irregularitatem, vel non, tenent Suarez de censur. tom. 5. disput. 51. sect. 3. num. 16. Avila cod. tract. p. 7. disp. 3. dub. 2. Miranda in man. Prælat. tom. 2. q. 8. art. 3. concl. 3. Cornejo in 3. p. D. Thoma, tract. 5. de irregul. disp. 12. q. 2. Barthol. de Vecchis in praxi observand. in admittendis ad Relig. statum novit. disp. 9. dub. 21. n. 3. Quorum plures admittunt liberum esse Episcopo, qui datus est Ordines, admittere, vel rejicere tale arbitrium factum à Prælato Religionis circa defectum corporis subditi sui, quod est tenere cum nostra sententia, secundum quam diximus ad Episcopum competere id declarare, novissimè me citato in hoc loco, Ioan. Machado in tract. del perfetto Confessor y Cura de Almas, lib. 1. p. 3. tract. 16. docum. 7. num. 2. & 3.

## ALLEGATIO XLIII.

### Episcopus cum infamibus an possit dispensare?

#### SUMMARIUM.

- 1 Infamia juris dicitur, quando ipso jure Canonico, vel Civili imponitur infamia pœna.
- 2 Infames de jure Civili irregulariter sunt etiam infames de jure Canonico, nisi expressè jus Canonicum illam infamiam aboleat.
- 3 Usurarij sunt infames.
- 4 Usurarij qui beneficia Ecclesiastica assequi non possunt, nec ad illa eligi aut presentari valent.
- 5 Condemnatus auctiōne furti efficitur infamis, & inhabilis ad Ordines suscipiendos.
- 6 Pœnitentes solemniter infamia notâ laborant.
- 7 Pœnitentiā solemnem faciens, etiam illa peracta prohibetur ordinari, non sic pœnitentiā publicam faciens.
- 8 Episcopus cum solemniter pœnitentibus propter necessitatem, vel utilitatem ad suscipiendos Ordines minores dispensare potest.
- 9 Apostata etiamsi postea ab Inquisitoribus imposita pœnitentia reconciliatur, sunt infames.
- 10 Histiones, buffones, ac ludentes in scenis sunt infames.
- 11 Aleatores sunt infames.
- 12 Aleatoribus facta beneficij collatio, si publici sunt, est nulla; si occulti, venit irritanda.
- 13 Infames juris, ut patiantur eosdem defectus, quos ipsamet infamia parere solet, oportet quod sint de criminis in judicio confessi, vel convicti.
- 14 Sententiare requiritur declaratoria de criminis famoso, quod infamet, ut quis dicatur infamis infamia juris.
- 15 Virgis qui casus fuit precedente judicis sententia, aut ad triremes damnatus, & in eis steterit, ad Ordines promoveri non valet.
- 16 Infamia si pretendatur incursa per sententiam, de illa debet constare, nec sufficeret si testibus probaretur latam fuisse.
- 17 Infamia facti dicitur cum quis est notatus de aliquo crimen apud bonos, & graves.

- 18 Infamia juris de jure potest esse occulta, non sic infamia facti.  
 19 Infamia juris non solum impedit præfici, sed etiam removeri facit à dignitatibus habitis, infamia verò facti repellit tantum ab obtentis.  
 20 Infamia juris per Principem aboleri potest, non sic infamia facti.  
 21 Infamia facti contrario facto tollitur.  
 22 Emendatus præsumitur, qui crimen commisit occulere, & confessus est Sacerdoti cum satisfactione.  
 23 Criminosus quando præsumatur purgatus, & emendatus.  
 24 Perjuratus quamvis emendatus, non potest à se abolerre infamiam.  
 25 Infames juris, & facti qui sunt in universum, connumerantur, & num. 26. 27. & 28.  
 29 Infames tam juris, quam facti irregulares sunt, & Ordines suscipere Ecclesiasticos prohibentur.  
 30 Summus Pontifex solus dispensat in infamia juris, ac in irregularitate, qua ex ipsa procedit.  
 31 Episcopus dispensat in infamia facti, & in ea, qua procedit ex delicto, in quo potestatem habet dispensandi.

- 1 **E**x proprio delicto contrahitur infamia juris, aut facti. Iuris dicitur, quando ipso jure Canonico, aut Civili imponitur pena infamiae, de quibus plures enumerat Prætor in l. 1. ff. de his qui not. infamia.  
 2 † Illi enim qui sunt infames de jure Civili, regulariter sunt etiam infames de jure Canonico, nisi expresse jus Canonicum illam infamiam tollat: facit cap. infames. 6 q. 1. Bernard. in pract. c. 93. num. 2. in noviss. edit. Carol. de Grassis de effectib. cleric. effectu 2. num. 255 Filliac. tract. 19. à num. 204. Avila de censur. p. 7. c. 11. dub. 5. conclus. 1. me citato Fr. Sigism. à Bononia de eleit. dub. 86. c. 1. Azor. institut. moral. p. 2. lib. 6. c. 7. q. 3. Nicol. Garc. de benef. p. 7. c. 8. num. 11. Henr. in sum. lib. 14. cap. 5. §. 4. in commento litt. T, Farin. latè part. 2. q. 56. à princ. novissimè me citato in hoc loco, Tambur. de jure Abbatiss. disp. 26. quæst. 15. num. 1.  
 3 Tales sunt usurarii, ut probant text. in l. improbum fœnus, C. ex quibus causis infamia, c. 2 §. porro, 3. 7. Affl. & decif. 128 Mathesil. singul. 49. Gemin. de usuris. commento 4 in prefat. n. 3. Cottain memorab. verb. Vsurarij pag. 934. Cald. Pereira in comment. ad §. soror, num. 44. vers. Vsurarius, Institut. de testament. Nicol. Garc. de benefic. part. 7. c. 8. à num. 20. Campan. in diversorio Iuris Canon. rubr. 11 cap. 20. à princip. Bellet. disquisit. clerical. tit. de disciplina clericali, §. 10. n. 35. Sanchez in opuscul. moral. lib. 6. c. 3. dub. 6. n. 4. Tamburin. ubi suprà Salzed. ad Bernard. in practic. c. 91. lit. A, ubi etiam resolvit posse hanc infamiae notam aboleri ab eo, qui jam pœnitentiam egit ad effectum obtainendi beneficia Ecclesiastica, gloss. celebris in cap. præterea, de usuris, quam esse communem dicit Covar. lib. 3. variar. c. 3. num. 3. vers. qua ratione, camque intelligit procedere quoad beneficia obtenta, non verò quoad obtainenda, quæ infames, & per consequens † hujusmodi usurarii assequi non possunt, neque ad illa eligi, aut præsentari, Gemin. d. commento 4. in pref. num. 6. cum sequentibus, Farinac. fragmentor. criminal. part. 1. lit. C, verb. Clericus, à n. 120. Nicol. Garcia d. c. 8. à num. 28.  
 4 Sic etiam condemnatus actione furti efficitur infamis, & indignus, ac inhabilis ad suscipiendum Ordines; si verò occultus sit, post restitutionem, & pœnitentiam Sacris valet initiari, ut probat text. in cap. ultim de furtis. Bernard. in pract. c. 93. n. 3. in noviss. edit. Campan. d. rub. 11. c. 25. n. 14. cum seqq. Bellet. d. §. 10. num. 11.

Pœnitentes solemniter infamiae notam laborate 6 resolvunt Bernard. in pract. c. 19. n. 1. aliàs c. 2. 3. in no. viss. Henr. lib. 13. c. 38. §. 3. vers. tertio, Mar. Alter. de censuris, tom. 2. disp. 16. de suspensi. c. 1. vers. quartus. casus, Campan. d. rubr. 11. cap. 21. n. 1. & sine dubio ordinati non posse, probant text. in cap. ex pœnitentibus, 30. distinct. & in cap. si ille, eadem distinct. † 30. 7 lemnem eniùm pœnitentiam faciens, etiam illa pœna, prohibetur ordinari, Maiol. de regul. lib. 5. c. 2. sub num. 4. vers. quæ omnia, non autem si publicam fecerit, quia post illam promoveri potest: idem Maiol. dict. lib. 3. c. 3. post n. 2. vers. & licet. Mar. Alter. ubi proximè. † Cum his solemniter pœnitentibus licet 8 Episcopi propter necessitatem, vel utilitatem ad suscipiendos minores Ordines dispensare, Sylvest. verb. Pœnitentia, n. 3. Bernard. d. c. 23. n. 3. Maiol. d. cap. 3. sub n. 6. vers. hac qua, Campanil. d. c. 21. num. 7. Mar. Alter. ubi proximè.

Binas nuptias contrahentes notantur infamia, l. 1. in fine, & l. quid ergo ff. de his, qui not. infam. Menoch. de arbitrio. lib. 2. cent. 5. casu 420. à n. 96. novissimè Trasmiera in tract. de polygamia, lib. 3. q. 8. à n. 1.

Apostatae descendentes à Religione Christiana ad Iudaïnum, etiamsi postea imposita pœnitentia ab Inquisitoribus Ecclesiæ reconcilientur, infames sunt, nec possunt aliquo Ordine insigniri, nec in susceptis ministrare, optimè Cald. Pereira quæst. fo- rense. 13. num. 6.

Cynædi, lenones, histriones, joculatores ludentes 10 in scenis, & buffones sunt infames, c. 1. 2. & 4. q. 1. c. pro dilectione, de consecrat. dist. 2. l. 2. §. ait prator, ff. de his, qui notantur infamia, Menoch. cons. 149. n. 20. 25. & 28. Cald. Pereira ad d. §. soror. num. 44. & 45. Bortell. in addit. ad Bellugam. in speculo Principum, rubr. 11. §. videndum, n. 18. lit. H, Carol. de Grassis de effectibus clerical. effectu 1. n. 123. Tambur. ubi suprà n. 2. & idem non possunt promoveri ad clericatum, cap. maritum, 33. dist. c. 1. 51. dist. Bellet. d. tit. de disciplina cleric. §. 10. n. 17. & 18. ubi num. 20. intelligit de his, qui publicè coram populo faciunt gesticulationes sui corporis, & se in illis assuefaciunt, bis saltem, causâ quæstus. Sanchez dist. cap. 3. dub. 6. num. 7.

Aleatoribus, quia sunt infames, ut resolvunt Viv. 11 tom. 1. communium opinion. lib. 3. tit. 29. de Religiosis, & sumpt. funer. vers. ubi Andr. pag. 431. Mascard. de probationib. concl. 995. Rebuff. de reprob. testium, n. 331. Molina de justit. tract. 2. disp. 159. in fine, vers. nihilominus, Cald. Pereira ad dict. §. soror, num. 44. vers. Cynædi, † non possunt beneficia conferti; si enim 12 sunt publici, ipso jure nulla est collatio illis facta si occulti, venit irritanda, nec sunt ratione consuetudinis excusandi, ut tenuit Rota in Pampilonensi Parochialis, 21. Maij 1574. coram Illustrissimo Aldobrandino, postea Clemente VIII. & habetur decis. 426. part. 1. diversor. resolvunt Salzed. ad Bernard. c. 73. lit. D, in noviss. edit. Valer. Reginal. in praxi fori pœnit. lib. 30. num. 199. Flamin. de resignat. lib. 4. q. 3. ad fin. Nicol. Garcia d. c. 8. num. 40. Aloys. Ricc. p. 1. in decis. 133. n. 7. De perjuro an infamiam incurrit, di- xi alleg. 51. num. 45.

Licet infamia notentur, quos lex infamat, eo ipso 13 quod aliquid commiserunt, ut tenent Ias. in l. cunctos populos, lect. 2. num. 44. C. de summa Trinit. Actin. in §. ex quibusdam, post n. 9. Institut. de pœnis temere li- tig. tamen ut hujusmodi juris infames patiantur eosdem illos effectus, quos ipsamet infamia patere solet, oportet quod sint de crimine in judicio confessi, aut convicti can. testimonium, de test. Farinac. in praxi crimin. p. 2. quæst. 56. n. 5. & 18. Suarez tom. 5. disp. 48. sicut. 1. num. 8. & 9. Sayt. de censur. lib. 7. c. 11. num. 3. Bonac. de censur. disp. 7. quæst. 3. pur. Etio 1. num. 1. quos

refert, & sequitur Fr. Sigism. à Bonon. de elect. dub. 86. n. 1. vers. ad hanc, Molfes. in sum. Theol. mor. tr. 6. c. 8. n. 12. Claud. Soler. in tract. de juridica potest. Confessor. c. 9. q. 4. novissimè me citato Ioan. Machado d. lib. 1. part. 3. tract. 16. n. 3. docum. 8. in tract. del perfecto Confessor y Cura de Almas; vel saltem accusati, durante tamen accusatione, & antequam se probaverint innocentes, c. final. eodem est. Nicol. Garc. d. c. 6. n. 6. ubi n. 7. intelligit † quando persona est infamata apud bonos; & graves homines, alias accusatio non impedit promotionem, de quo vide Azor. instit. moral. part. 2. lib. 6. c. 7. q. 4. Fr. Emman. quæst. Reg. tom. 2. q. 51. art. 11. vers. ad primum, & q. 56. art. 1. Molfes. dict. tract. 6. c. 8. n. 30. requiritur enim sen-

tentia declaratoria de crimine famoso, quod infameret, ut qui dicatur infamis infamia juris; per l. furti, ff. de his qui not. infam. & resolutum fuit in una Boniensis testamenti, die 1. Junij 1552. coram Augustino, relata per Caputaquens. decis. 90. Infamia, p. 2. me citato Homobon. de examine Ecclesiastico, tr. 12. c. 3. q. 7. supp. & me citato Fr. Sigism. à Bononia de elect. dub. 86. num. 6.

15 Et idēd qui virgis cæsus fuit præcedente judicis sententia, aut ad tritemes damnatus, in eis steterit; ad Ordines promoveri non valet, ut consuluit Nav. consil. 43. incip. Quaritur 1. n. 2. sub tit. de temporibus ordin. in novis. & tenent Card. Tusch. verb. infamia, conclus. 111. num. 5. cum sequentib. Lezan. in sum. qu. Regular. c. 16. num. 32. Campan. in divers. Iuris Can. rubr. 11. cap. 18. num. 16. Molfes. dict. tract. 6. cap. 8. num. 14. advertens quod damnatus ad pœnam fustigationis, & ex causa non vera, vel non justa fustigetur, non esset infamis, per l. i. etus fustum, ff. de iis qui notantur infamia. Quamvis damnatum ad tritemes non effici irregularem, teneant Aloys. Ricc. p. 1. decis. 119. Homebon. in conf. casuum conscient. vol. 1. part. 4. resp. 158. Diana part. 4. tractat. 2. resolut. 83.

16 Omittendum tamen non est, quod † dum prætenditur incursa isthac infamia prætextu alicujus sententia, constare de illa oportet, nec sufficeret si testibus probaretur latam fuisse, Lanfranc. in cap. quoni. am. de probation. Vnde etiam ex eo quod quis doctus ad furcas, ut suspenderetur, appareret, non dicetur probata infamia si sententia non producatur, juxta dictam Rotæ decisionem relatam per Caputaquens. decis. 30. part. 2.

17 Infamia facti est cum quis notatur de aliquo criminis apud bonos, & graves, seu cum opinio alicujus gravata est apud bonos, & graves super aliquo crimen, seu peccato, Felin. in dict. c. testimonium, n. 14. Henriq. d. §. 3. Vivald. in appendice ad candelab. aureum, c. 10. num. 4. Ugolin. de irregul. cap. 60. num. 4. Molfes. in sum. tract. 6. cap. 8. Homobon. d. suppos. 2. Nicol. Garc. d. c. 8. num. 12. Campanil. dict. rubr. 11. cap. 18. num. 5. latè Sanchez in opusculis moralib. l. 6. c. 3. dub. 4. per tot. ubi quatuor conditions requirit ad hoc, ut sit infamia facti de aliquo delicto, primum quod opinio communis, secundum ut ab ipsis pluribus voce manifestetur, tertium ut infamia sit apud bonos, & graves viros, quartum ut oriatur ex suspicione probabili.

18 Inter hanc facti, & illam juris dantur aliquæ differentiae, quia illa, scilicet infamia juris, de jure bene potest occurre, secundum Felin. in d. c. testimonium. n. 15. & incurritur quamvis delictum, ex quo illa oritur, seu propter quod ipso facto interrogatur, sit occultum, Paul. de Castro in d. l. improbum fœnus, n. 1. quidquid dicant Covar. lib. 3. variar. c. 3. num. 2. & Henriq. d. §. 3. & Avila de censur. part. 7. disp. 4. dub. 5. in princip. quatenus ad infamiam etiam juris requirunt, quod adsit fama publica, & quod delictum sit publicum. Quicquid etiam dicant infamiam non

Barbosa de Episcop. Pars II.

incurri quando delictum, propter quod ipsa eo ipso interrogatur, est occultum, nisi accedat sententia declaratoria, Bursar. conf. 14. num. 18. cum seqq. lib. 1. Azor. instit. moral. part. 1. lib. 8. c. 13. quæst. 7. vers. sed verius, Sanchez in precepta Decalogi tom. 1. lib. 2. c. 16. num. 1. & Fatinac. de heresi quæst. 188. n. 56. Filliuc. tract. 19. num. 209. quia contra eos est verior opinio, quam sequitur Nicol. Garc. d. c. 8. n. 9. & post Greg. Lop. Filliuc. & alios sequitur etiam me citato in hoc loco, Fr. Sigism. à Bonon. de elect. dub. 86. n. 3. Hæc vero, scilicet facti, cum consistat in vitæ sordibus, & vilitate divulgata, non potest esse occulta, ut post Felin. & Avilam resolvit idem Nicol. Garcia d. cap. 8. num. 14.

Deinde alia est differentia, quia infamia juris non 19 solùm impedit præfici, sed etiam removeri facit à dignitatibus habitis, l. infamia. C. de decurion. l. 10. l. judices, C. de dignitatib. lib. 12. Covar. præf. c. 19. n. 5. concl. 5. Nicol. Garcia d. c. 8. n. 33. Infamia vero facti licet repellat quem à dignitatibus habendis, non tamen repellit ab obtentis, ut tenent Henriq. d. §. 3. in med. Campanil. d. c. 18. num. 5. in fine, Nicol. Garcia d. cap. 8. num. 35. & 36. ubi n. 37. assertit id procedere in dignitatibus, & honoribus citra titulos beneficiales, secus vero in beneficialibus, quia non est text. hoc dicens.

Ulterius infamia juris per Principem aboleri potest, ut tenent Henriq. d. §. 3. prope fin. Molfes. d. c. 8. n. 32. eleganter Sfort. Odd. de in integ. restit. p. 2. q. 92. ubi art. 4. tractat de Papa, vel collegio Cardinalium, & art. 5. de Episcopo, & art. 6. de Inquisitore contra haereticam pravitatem, & art. 8. de Senatu Romano, & art. 9. de Marchione, Duce, & cæteris Dominis. Infamia vero facti ab eo removeri non potest, quia opinio hominum de bonitate, vel de malitia alicuius, non potest ab aliquo etiam maximo, vel supremo Princepsque non potest facere, ut homines credant illum esse bonum, quem credunt, & credere volunt esse malum; imò non nisi à Deo infamia facti aboleri potest, ut firmat Roman. singul. 460 incip. Dubitatio est magna, quamvis Sfort. quem refert, & sequi videtur Fatinac. in praxi crimin. p. 1. q. 6. n. 45. vers. in proposito, dicat quod Princeps restituit etiam ab infamia facti, si hoc ei placeat, & exprimat. † Est tamen verissimum, illam auferri contrario facto, hoc est, quod sicut hominum oblocu- 21 tione processit, ita contraria eorum dicto tollatur, ex Abb. in cap. c. um te, n. 9. de sentent. & re judic. Campan. d. cap. 18. n. 5. prope fin. & post Filliuc. Suar. Bonac. & in ipsum in hoc loco, idem tenet novissimè Fr. Sigism. à Bononia de elect. dub. 7. n. 7. addo novissimè Sanchez d. cap. 3. dub. 5. num. ult.

Emendatus autem præsumitur, qui crimen commisit occulte, & confessus est Sacerdoti, Mascard. de probat. concl. 475. n. ... imò ipse, ut ait concl. 600. n. 20. ad probandum quem esse emendatum, non satis est illum esse contritum, & confessum, sed exterior requiritur satisfactio, & n. 12. resolvit, quod emendatio per absolutionem à crimen probari potest. † Criminosus præsumitur purgatus, & emendatus, si trium annorum intervallo ab improbè factis se abstinerit, & in rectis actionibus, & honestis sese exercuerit, Mascard. d. concl. 465. n. 10. Sic etiam emendatus præsumitur, qui post peccatum operatur bonum, idem Mascard. d. concl. 600. num. 15. † Præterquam in reatu perjurii, cuius emendatio non detrahit infamiam ab eo provenientem, ut probat text. in dict. cap. testimonium, Viv. tom. 1. commun. opin. lib. 4. tit. 10. n. 133. vers. imò dic. Mascard. concl. 1168. à n. 16. Rebuff. de reprob. testim. num. 399.

Quæres quænam sint in universum crimina, ex quibus infamia juris, vel facti contrahatur? Respondeo 25 cum